In Nomine Jesu Christi;

Dissertatio Juridico-Politica

De

JURE AC PRIVILEGIO SERENISSIMORUM PRINCIPUM ELECTORUM ET DUCUM SAXONIÆ De Non appellando

Quam

Consensu amplissimi JCtorum Ordinis in Academia Lipsiensi

Publicæ disquisitioni subjicit

BENEDICTUS CARPZOV J. U. D. Consiliarius Electoralis Saxonicus & Facultatis Juridicæ Ordinarius.

Respondente

HENRICO VOLCKMAR Lips.

Ad diem XXII. Maji

In Auditorio JCtorum Petrino horis consuetis.

LIPSIÆ

Sumptibus ANDREAE Kühnen/

Typis HENNINGI CÖLERI, Anno 1645.



15.

IN NOMINE JESU CHRISTI.

Dissertatio

Juridico-Politica

De

Jure ac Privilegio Serenissimorum Principum Electorum & Ducum Saxoniæ De non appellando.

POSITIO I.

QUod Principibus Germaniæ decantat elogium Guilhelm. Brussius, se † ut in Italia Palatia & antiquitatum monumenta, in Galliâ & Hispaniâ Præsules, in Angliâ Agricolas, in Poloniâ Nobiles (quorum ibidem ducenta millia reperiri meminit Besold. *lib. 2. dissertat. nomicop. 2. n. 2.*) ita in Germaniâ Principes omni laude & admiratione dignos se invenisse, *in Consil. de bello advers. Turc. feliciter gerendo*, id voto Imperiali † non modo comprobavit, sed & multùm illustravit Carolus V. Cæsar, titulo Regio Principes ac Status Imperii condecorans, cum se aliis in Regnis mancipiis & servis: in Germaniâ verò Regibus imperitare dixerit, Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 12. coroll. 8. & lib. 1. de jur. off. & dignit. Legati, cap. 3. n. 16.* Bernh. Zieritz *de princip. inter ipsos dign. prærogat.* Eodem verè judicio, quo † Imperator Maximilianus I. Regem Hispaniæ hominum, Regem Galliæ asinorum; Regem Britanniæ Diabolorum: Se verò solum Regem Regum nominare solitus est; Magn. Dux Würtemb. *apud* Frider. Achill. *in orat. pro Hispan. pag. 211.* Manl. *locor. comm. loc. de magistr. p. 585.* † quod nec ignoravit; (quem nihil ignorâsse prædicavit Jason, Kirchn. *2. legat. 1. n. 7.*) Baldus, qui jam dudum Principes Germaniæ pro Regibus habuit, *ad l. ult. C. de testam. milit.*

1. 2. 3. 4.

Regium sanè præconium verbisque regiis prolatum ac verissi-
5. mè dictum, † sive Regium sanguinem, vel Regiam successionem
pensitaveris. Nec enim ullam verè Germaniæ Principum inve-
6. niri familiam, † quæ non ex Imperatorio vel Regio sanguine ori-
ginem duxerit, autumat Richard. Dieter. *de summ. summi Imperii*
7. *potest. conclus. 84.* quod & agnovit Pontifex Pius secundus, † qui
Germaniæ descriptioni intentus, nullibi illustriores Principum
Prosapias quàm in Germaniâ reperiri scripsit, Johan. Limn. *de Jur.*
publ. lib. 5. cap. 1. n. 11. Nec quemquam fugit, in Electionem Regis
8. Romanorum † omnes venire posse Principes Imperii, adeoque
potentiâ existere Imperatores, modò naturæ cursum expectent,
donec ex arbore folia, quæ solis aspectum illis impediunt, deci-
dant, Richard. Dieter. *dict. conclus. 84.* Jul. Pflug Episc. Naumb.
9. *in orat. de Republ. German. curandâ.* Ex quo non † Duces solum-
modò, & quidem Saxoniæ, annos 117. Franconiæ, annos 102. Sue-
viæ, annos 110. Sceptra Imperii tenuisse, Casp. Ens. *lib. 1. thesau.*
10. *polit. apotelesm. 6. p. 116.* † Sed etiam ex Comitum stemmatibus,
Wilhelmum, Rudolphum, Adolphum & Guntherum ad Impe-
rium evectos legimus, Gerlac. Buxdorff. *ad cap. 2. Aur. Bull. concl.*
31. lit. a. Ludolph. Schrad. *de feud. part. 4. sect. 8. n. 18.* Castald. *de*
Imper. quæst. 7. n. 8. Nimirum electio Regis Romanorum seu Im-
11. peratoris † liberrima est & absoluta, non ad certum genus & fa-
miliam adstricta, Gunther. *in Ligurin. lib. 1.* Melch. Goldast. *tom. 1.*
12. *const. imp. pag. 238.* nec quicquam fidei tribuendum Jesuitæ † Jo-
hanni Rho, qui ob vinculum successionis, ut sibi imaginatur, per-
petuæ, domum Austriacam conjugem Imperii Romani appella-
re non erubuit, *in concione aliquâ super victoriâ Pragensi habita* in
Achtesspiegel *pag. 66.* quod & ante ipsum sensit Johan. Bodin. ni-
13. mis audacter asseverans, † in Austriaca Gente Imperium Germa-
norum tam altè radices egisse, ut ejus evellendi vix ulla spes ap-
pareat, *lib. 2. de Republ. cap. 3.* quem errorem detegit promissio re-
14. cens electi Regis Romanorum, † quâ nullum jus in Imperio suc-
cessorium vel hæreditarium prætendere; sed Principes Electores
in jure libertimæ electionis imperturbatos sinere, juratò obliga-
tur, *in capitulat. Cæsar.* §. und insonderheit sollen und wollen wir
uns

uns auch &c. ut hinc † feriem decem Impp. Alberti scilicet Austriaci: Friderici III. Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. & jam regnantis Domini Ferdinandi III. ex domo Austriacâ absque ullâ interruptione, longè ultra anno 180. continuatam, nulli successionis 15.
juri, † sed liberrimæ electioni ac benè meritis Antecessorum in familia Austriacâ laudatissimorum adscribere liceat, vel solum ex voto Electoris Moguntini in deliberatione super electionem Caroli V. habitâ, apud Joh. Sleidan. *lib. 1. de stat. Relig.* 16.

III.

Maximè omnium verò Encomium istud titulumque Regium Principibus Germaniæ & Imperii proceribus attribui fas est, † ob 17.
insignem libertatem, quâ Principes extraneos longè antecellunt, teste Landgravio Hassiæ, qui succinctâ, at multùm emphaticâ Oratione Imperium Romano-Germanicum in toto terrarum orbe liberrimum deprædicavit: Deutsche Nation ist ein frey Reich/ und billich das Freyeste auff aller Welt / apud Frider. Hortleder. *de causis belli Germanici lib. 4. cap. 5. pag. 65.* † quod de toto equi- 18.
dem Imperio dictum at simul libertatem Principum aliorumque Imperii Statuum luculenter innuit, perinde ut jam olim, quo nondum Imperii decus ad Germanos translatum erat, Gregorius Magnus scripsit ad Phocam; † Hoc interesse inter Reges Gentium 19.
& Reipublicæ Imperatores, quod illi sint Servorum Domini, Cæsares Liberorum, Johan. Limn. *de jur. Publ. lib. 4. cap. 8. n. 3.* Quin & Libertas hæc Principum, regiminis quid annexum habet, ut benè advertit Barricave *en sa defense de La Monarchie Francoise p. 523.* qui effati † illius Maximiliani I. quo se Regem Regum pro- 20.
fitetur. hanc verbis gallicis reddit rationem, quod illi qui Leges ferunt, Reges sint, vel saltem Regum vices teneant, adeoque & ipsimet Principes Germaniæ, quibus Imperator præest, pro Regibus habendi, postquam Leges ferant ipsi, & Imperator ne hilum ab iisdem obtinere queat, excepto, in quod consentiunt. Estque hoc ipsum, quod scriptum reliquit † Francisc. Carolus Dux Saxon. 21.
Comitum & Baronum in Germania potentiam & autoritatem plus ponderis habere, quàm alibi Ducum & Principum, apud Frider. Achill, *de principat. inter Provinc. Europæ, in orat. pro German.*

IV.

Jure omninò superbiunt hâc prærogativâ Principes ac Status
Imperii Romano-germanici, quam exteri ipsis eripere nequeunt.
22. Non † certè Galli, quorum Regnum Servile judicavit Carolus V.
eò, quod Rex subditis imperet ut mancipiis & belluis. Unde pro-
verbium manavit gallicum, *Que le Roy de France est le Roy des be-
stes, à cause de la grande facilite du peuple Francois, qui se laisse em-
mener par le Nez comme les bestes,* Anon. Westphal. JCtus *in differt.
de jure Princip. concl. 9. lit. a.* hoc est, Quod Rex Galliæ sit Rex ani-
malium, propterea quia Galli facillimè patiantur se naso ubili-
23. bet duci, ad instar bestiarum, † ex quo etiam Galliæ Regem titu-
lo insigniri non solùm Roy de France, (Regis Galliæ) sed etiam
Roy de Francois (Regis Gallorum) existimat Pierre Bonfons
livr. 1. des antiquites de Paris. cap. 5. quod scilicet Proceribus Gal-
24. liæ imperet; Secus † ac de Germanis consignavit Johann. Slei-
dan. quot in Germania sunt Principes ac Status, tot videri esse Re-
ges & capita, *in orat. ad proceres Imperii, pag. 80.* Ut hinc veniam
25. † mereatur Erasmus Roterodamus, quod ad Cardinalem Cam-
pegium scripserit: magnam quidem potentiam esse Cæsaris, sed
hoc nomen ab omnibus non agnosci: Germanos illud sic agnosce-
re, ut imperent verius quam pareant, Sleidan. *lib. 7. Histor.* Joh.
Wolffius *in lect. rer. memorabil. cent. 16. pag. 330.*

V.

26. Quod equidem minus dubii habet, † si Principes, quà Status
sunt Imperii, Consortes Regiminis & suffragatores in comitiis
consideraverimus, attamen hoc in respectu non subsistendum, sed
27. iis etiam † quà Domini territoriales, in ditionibus ac provinciis
suis, vigore territorialis superioritatis disjunctim præsunt, elo-
gium hoc non inconvenienter tribui, fatebitur quisque, cui non
ignotum, quod est notissimum & ad prodigalitatem usque à Do-
28. ctoribus repertum axioma: † Principes in territoriis suis idem
posse, quod Imperator in toto imperio, & unumquemque in suo
principatu Imperatoris radium tanquam sui solis, plenissimâ
imagine referre ac repræsentare, Herm. Kirchner. *lib. 1. Legat. c. 3.
num. 12.* Johann. Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 8. num. 6.* Warem. ab
Erenberg. *de subsid. Regni. cap. 15. num. 5.* Matth. Wesenb, *part. 1.
con-*

consil. 40. num. 44. Andr. Gail. *lib. 2. observat. 57. & lib. 1. de pac. publ. cap. 6. num. 10.* Ventur. de Valenr. *in parth. litigios. lib.* *cap. 2. n. 6.* Clud. in Syllog. rer. quotid. *conclus. 26. lit. 4.* ubi cumulat plures. Quin & plus juris ac potestatis Proceres † habere in ditione sua, quàm Imperatorem in Imperio, Regemque Poloniæ in universo Regno, asserunt Herm. Kirchner. *dict. cap. 3. n. 18.* Cram. *lib. 2. Polon.* Nicol. Fest. *de æstimat. cap. 7. n. 57.* Joh. Dauth. *ad l. ult. C. de pact. num. 16.* Utrumque sanè juxta literam; & absolutè intellectum, si non † falsum, ut autumat Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Roman. lib. 2. part. 2. cap. 4. num. 70.* periculosissimum tamen, magnoque errore introductum videtur, Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 13. n. 4.* & Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. & cum piscationibus num. 2.* Nec enim quisquam inficias ibit, † Principes jura provincialia recognoscere ab Imperio, salvo jure superioritatis, quæ Imperatori censetur reservata, Meichsner. *in decis. cameral. tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 8. vers. sed circa has.* Christ. Mingius *in tract. de superiorit. territor. cap. 4. conclus. 54. vers. quia communicatio.* Zach. Vietor. *de exempt. conclus. 4.* Octav. Cacheran. *decis. pedem. 29. num. 5. & decis. 139. n. 17.* Don. Garl. Mastrill. *de magistr. lib. 1. cap. 16. n. 13. & seq.* Solet quippe Imperator † largiri superioritatem territorialem, & sibi reservare supremitatem, Eine überschwebende Hoheit/ ut loquitur Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 10. num. 15.* de quo reservatò Principes quà Domini territoriales, nil participant, sed † residet illud penes Imperium ac Imperatorem, qui primus ac summus est Princeps, id est, Rex Regum & Princeps Principum, Bald. *vol. 1. consil. 333.* Mager. *de Advocat. armat. cap. 9. n. 821. & seq.* Alexand. Raudens. *Respons. 1. n. 263. & n. 435. lib. 2.* Quo ergò prædictum axioma subsistat, † restringi id oportet ad exercitium Juris territorialis Principi ab Imperio concessi, in quo Imperatorem repræsentat, nec ab eo turbari vel impediri debet, Theodor. Reinking. *de regimine secul. & ecclesiast. lib. 1. clas. 5. cap. 6. num. 157.* † alii aliter hoc explicant, ut videre est apud Limn. *dict. lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 7. & seqq.* Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 9. §. 3. 6. & 7.* Reinking *dict. loco.* Nec minùs verè dictum existimes, plus Juris competere Principibus Imperii, quàm Imperatori in toto Imperio, † si cum mica salis hoc intellexeris, quoad jus successionis: transmittunt siquidem Status Imperii ditio-

29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

tiones suas (ut privati bona sua) in hæredes, quod Imperatori ratione Imperii est denegatum, rectissimè hoc Axioma explicante Limn. *dict. cap. 8. num. 3.* Muscul. *de success. convent. membr. 1. class. 1. concl. 1. lit. d. n. 18.*

VI.

37. Nihilominus Status Imperii ut Dominos territoriales † jura
Regia sive Regalia in provinciis ac Principatibus suis exercere videmus, ea scilicet, quæ ipsis à Cæsareâ Majestate & Imperio, speciali concessione ac privilegio indulta fuerunt; quo intuitu non
ineptè eos dignitate regali condecoratos dixeris. Coruscant si-
38. quidem † nostri Principes & Status præeminentiis Imperatoriis, Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 1. n. 176.* Dn. Casp. Ziegler. *in comm. conclus. ad aur. Prax. Calvol. §. Landsassii num. 109.* inque his terris privilegio & reservatis Imperatoriis utuntur, Bald. *in l. san-*
39. *cimus. n. 5. C. de donat. int. vir. & uxor.* Nempe † Imperiale fastigium suâ rutilat dignitate, ac potentia sua sceptra clarificat, quando ad Principes Imperii suæ claritatis radios effundit, ipsisque paterna regna munificâ largitione confirmat, ut sint instar Filiorum Imperatoris, à quo tanquam Patre omnes dignitates procreantur, ut in simili eleganter respondit Tiber. Decian. *Respons. 19. n. 185.*
40. Atque hinc Imperium † quodammodo scissum esse & jura Imperialia in Duces, Comites, Barones, & Civitates quasi divisa, tradunt Dd. Accurs. *in Rubr. C. de Stud. Libert. urb. Rom.* Bald. *lib. 2. consil. 195.* Gylmann. *in symphor. supplicat. tom. 2. part. 1. vol. 5. n. 21.*

VII.

Regia vero jura ac Privilegia Statibus Imperii concessa, quæ-
41. nam † sint, ex JCtorum pariter & Politicorum scriptis addiscere licet, imprimis vero post alios ea congesserunt, plenoque cornu distinctim explanaverunt Theod. Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 9. & multis sequentib.* & Joh. Limn.
42. *lib. 4. jur. publ. cap. 8.* Unicum saltem † hac vice delibabimus, non quod indifferenter omnibus, sed specialiter Principibus, Septemviris & Ducibus Saxoniæ est indultum, nempe jus ac Privilegium
43. de non appellando, idque breviter & succinctè explicantes, † dicemus (1.) De jure non appellandi in genere; & quotuplex hoc sit, (2.) Qualenam competat Electoribus & Ducibus Saxoniæ, ac

quo-

quomodo differat à privilegio de non evocando. (3.) Origo & fundamentum hujus juris ac privilegii quodnam? (4.) Quæ ejus causæ & rationes? (5.) Quibus hoc jus & privilegium indultum, & quos obliget? (6.) Adversus quæ judicia, quibusque in causis hoc privilegium obtineat? (7.) Hujus effectus quinam? Septem iis capitibus Deo auxiliante, totam hujus juris ac privilegii materiam dabimus enucleatam.

Cap. I.

De Jure ac Privilegio non appellandi in genere, & quotuplex hoc sit.

IIX.

Extra omnem sanè contentionis aleam positum est, jus non
provocandi, seu extremam provocationem † inter summa recen- 1.
seri Regalia, veramque præ se ferre majestatem, adeò ut stultum
existimaverit Ulpianus admonere, à Principe appellare haud fas
esse, cum ipse sit qui provocetur, *in l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non licet.* Lancellot. *in templ. omn. judic. lib. 1. cap. 1. de imp. §. 4. verb. sententiam inappellabilem fert. n. 1. pag. 430.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 3. cap. 7.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. cap. 1. mebr. 2. n. 182.* Petr.
Heig. *part. 1. quæst. 10. n. 14.* Just. Zinzerling *de appellat. conclus. 56. lit. d. Gilm. rer. judic. Cam. imper. lib. 2. decis. 40. n. 82.* Estque de
substantia † appellationis, ut fiat ab inferiore ad superiorem *l. 1. §.* 2.
3. ff. de appellat. Novell. 23. cap. 4. qualem præter Deum non recognoscit, qui Majestate pollet, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 8.* Johan. Redin. Episc. Turiasonensis Hispan. *in tract. de majest. Princip.* Rich. Dieter. *de sum. imper. potest. conclus. 22.* Albert. Gentil. *disputat. Reg. 1. pag. 17.* Thom. Michaël *de jurisdict. conclus. 7. lit. e.* Tobias Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. cap. 3.* vel solâ majestatis vocu-
la indigitante, quæ † autore Festo, à majori Statu nomen est sor- 3.
tita, Bornit. *de majest. cap. 1.* Bodin. *dict. cap. 8.* Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 2. th. 2. in pr.* Est autem major, qui primus est, summus
& supremus, juxta enallagen comparativi pro superlativo, Meloh.
dast. *de majorat. lib. 2. cap. 6. num. 4. & seqq.* Besold. *in differtat.*
...at. cap. 1. n. 2. Cui consequens, † uniri appellationem in 4.

eo qui majestatem habet, seu quod idem est, extremam constitui provocationem, ubi est majestas, Dom. Arum. *ad Aur. bull. discur. 5. th. 13.* cujus ita proprium jus summæ ac ultimæ cognitionis,
5. † ut ab ea avelli nunquam possit, Henn. Arnis. *de jur. Majest. lib. 2. c. 4. n. 3.* Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 10.*

IX.

6. Facillimè hinc dijudicare licet, non appellari † à Rege Franciæ, Specul. *§. 3. n. 3. de appellat.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 3. cap. 7.*
7. *num. 5.* Quetta *consil. 1. num 6. in fin.* Nec à † Rege Hispaniarum, Fer. Vasq. *1. controv. 22. n. 11.* Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 3. n. 11.*
8. † Nec Angliæ, Felin. *in cap. 12. extr. de praescript.* Zinzerling. *dict. disp. de appellat. concl. 62.* Scilicet, quia hi majestate sunt prædit, nec superiorem recognoscunt, Matth. de Afflict. *decis. 120. num. 6.*
9. quin & respectu subditorum † pro Diis habentur corporalibus, Bald. *in cap. imperial. in fin. de probib. feudi alienat. per Frider.* jurenè an de facto, nunc disceptare non attinet, sed in allegatâ ab
10. ipsis possessione † subsistimus, cujus intuitu, si non plus (ut opinantur M. Anton. Peregr. *de jur. fisci. lib. 1. cap. 1. num. 62.* Capyc. *decis. 121. n. 13.* Frider. Pruckman. *de Regal. cap. 4. n. 20.*) idem tamen juris exercent in regnis suis, quod Imperator in Imperio, Bald. *in l. exemplo C. de probat.* Felin. *in dict. cap. 12. extr. de praescript.* Frider. Mindan. *lib. 2. process. cap. 43. num. 4.* Parili extre-
11. mæ appellationis jure † Pontificem gaudere, nec in secularibus negotiis ab ipso appellari, negare haud possumus, si non summam in Patrimonio Petri potestatem, ex quâ Majestas omninò infer-
12. tur, ei denegare velimus, † quod nec fecerunt Principes Augustan. Confess. *in art. ult. §. pen. & ult. & in artic. Schmalcald. in sub-*
13. *script. Philipp.* fatemur potiùs regalem hanc† potestatem & Majestatem ipsi competere in suis territoriis, cum Peregrin. *lib. 1 de jur. & privileg. fisci, cap. 2. num. 2.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. c. 13. num. 2.* Christ. Besold. *in differt. de majest. c. 2. num. 2. in fin.* Jacob. Armin. *in Coroll. disput. theolog. 21. fol. 203.* Nec enim quo jure
14. Pontifex † principatum teneat, quoque titulo patrimonium Petri possideat, jam disquirere animus est, in quo suos habet contradictores Marquard. Freher *in comm. ad donat. Otton. III. Imper.* Joach. Cluten *in syll. rer. quotid. conclus. 6.* Bernhard. Zier-

tractat. de Princip. inter se prarogat. Johan. Wolff. *apud* Domin. Arum. *vol. 2. jur. publ. disc. 30.* multisque petitur invectivis & querelis, quas bonâ ex parte congessit Goldast. *in polit. Imper.* † Sed cum jam secularem potestatem impetraverit, inque possessione constitutionibus imperialibus adjutus reperiatur, ita ut non solummodò Pontifex spiritualis, sed etiam Princeps potentissimus in S. Petri patrimonio salutetur, detractum ei id nolumus, † quod Deo permittente jam possidet, siquidem omnis potestas Magistratûs à Deo est ordinata, teste Apostolo *13. ad Roman.* adeoque etiam in Pontifice comiter observanda, Goldast. *dict. lib. 2.* quæ ipsissima † mens fuit Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Casp. Hedionis, Martini Frechti, aliorumque Theologorum protestantium *in Responsis de concordiâ Ecclesia ineundâ ad Franciscum I. Gallia Regem anno 1534. perscriptis, in libro sentent. Philippi Melanchthonis, de pace Ecclesia ad Virum Nobiliss. Guilielm. Bellajum Langdæum, &c.* apud Goldast. *in polit. imper. part. 28.* 15. 16. 17.

X.

Nec quemquam existere opinor, † qui jus non provocandi nostro Imperatori denegare vel ambiguum reddere ausit, de cujus potestate saltem dubitare, crimen sacrilegii reputatur *l. 2. C. de crim. sacrileg.* Restaur. *in tract. de Imper. quæst. 110. num. 299.* Vasquius *illustr. quæst. cap. 25. num. 4.* & quis tam insanæ mentis, ut Majestatem, quam alii sibi vendicant Reges & Principes superiorem haut recognoscentes, Imperatori nostro invideret, qui † tamen Principes reliquos ac Reges potentiâ & dignitate longè antecedit, ac titulo speciali Sacrosanctæ Cæsareæ Majestatis condecoratur, Brisson. *de verb. qua ad jus pertinent significat. lib. 7. verb. sacra.* Besold. *in differt. de majestat. sect. 1. c. 1. n. 2.* Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 1. n. 31.* Goldast. *lib. 3. Bohem. cap. 13. num. 6.* Nisi forsan quis se patiatur decipi † ab Innoc. *in cap. 10. extr. de for. compet.* & Matt. Neap. *in tract. de tribun. urb. c. 1.* eorumque asseclis, qui appellationem ab Imperatore ad Pontificem propugnare annituntur, omnisque jurisdictionis aquam in molendinum Papæ derivant. In † quorum partes etiam transit Petr. Rebuff. qui asserere haut veretur, Pontificem nô habere jurisdictionem per viam cumulationis, quia sic haberet collegam & parê, nec per viam 18. 19. 20. 21.

gradualitatis, quia sic haberet priorem Præsidentem potiorem se,
22. † sed esse totum continens omnia, *de privileg. Studios. privileg. 164.*
August. de Ancona *de potest. ecclesiast. quæst. 36. consid. 5. & seqq.*
23. Pessimè omninò: nec † recognoscit Imperator in secularibus Pontificis jurisdictionem vel superioritatem, quare jamdudum ejusmodi appellatio fuit reprobata, ac constitutum, ut provocans
24. tanquam contemptor Cæsareæ jurisdictionis, † centum auri puri marcis mulctetur, & refutatorii decernantur, Ordin. Cameræ *part. 3. tit. 51.* Just. Zinzerling *de appellat. conclus. 59. lit. a.* Christ. Besold. *de appellat. cap. 4. pag. 120.* Johan. Limn. *lib. 2. jur. publ. c. 9. num. 100.* Theod. Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 2.*
25. *cap. 2. num. 10. & multis seqq.* ubi hoc pluribus exornat. Quam † graviter etiam attentato hoc offendatur Cæsarea Majestas, haut obscurè liquescit ex sententiâ Cameræ Imperialis *20. Febr. anno* 1512. publicatâ, *in verb.* Und also diese *appellation* an Päbstliche Heiligkeit / zur Schmach / Veracht- und Verletzung Keyserlicher Majestät Hoheit / und zu Abbruch derselben Mayt. und des heiligen Reichs obrister *jurisdiction*, fürgenommen etc. quam ex Seilero
26. referunt Besold. Zinzerl. & Limn. *dict. loc.* ut hinc † meritò Conradus Rex Romanorum, Trajectenses, quod à se ad Pontificem provocâssent, habuerit pro Reis Majestatis, notante Otton. Frising. *de reb. gestis Friderici.*

XI.

27. Parili non appellandi jure absoluto † gaudent Saxo & Palatinus Vicarii, vices Imperatoris gerentes in Imperio, si id vacare
28. contingat: quod (1.) † vel ex eo Capitulationis Cæsareæ membro redditur manifestum, quo gesta interregni tempore à Vicariis, rata habere adstringitur Imperator, vers. So sollen und wollen wir auch / alles das / so durch die zween des heiligen Reichs Churfürsten und *Vicarien* in mitlerweile gehandelt und verglichẽ / genehm halten / auch *confirmiren* und *ratificiren*: At frustra † ap-
29. pellatur ad eum, qui non potest retractare sententiam ab alio latam, Theod. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. clas. 4. cap. 4. num. 10.*
30. Cumque † (2.) Vicarii parem habeant potestatem cum eo, cujus gerunt vices, *l. 1. §. à præfectis 4. ff. de legat. 3. l. 1. C. de offic. Vicar. l. 2. C. de offic. ejus qui vice alic. judic. vel præ.* Bart. *in l. observare in*

re in pr. ff. de offic. Proconsul. Jacob. Menoch. *consil. 17. num 4 &*
consil. 676 n. 4. Rok à Valle, *consil. 86. num. 33.* Octav. Cacheran, *de-*
cis. 101. n. 3. Petr. Denais. *in adsert. jurisd. Camer. fol. 46.* Henric. à
Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 39. num. 45.* utique † & paria ipsis 31.
cum Imperatore jura atque Regalia competere, concludendum
erit, Tib. Decian. *vol. 1. consil. 23. num. 67.* à quibus extremam pro-
vocationem neutiquam excipere licet. Cui (3.) † accedit, quod à 32.
Vicarii sententià non appelletur nisi ad eum, ad quem appellare-
tur, si ipse, cujus vices sustinet, judicâsset, *l. 1. §. 3. ff. quis à quo ap-*
pell. Bartol. *in l. præcipimus. C. de appellat.* Didac. Covarr. *quæst.*
pract. c. 4. num. 8. † Sed ab Imperatore nulla datur appellatio, cum 33.
sit is ipse, qui provocetur, *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non licet.* Ergò
deficiente judice, ad quem possit provocari à Vicariis, jus extremæ
provocationis ipsis attribui necesse est.

XII.

Eodemque de jure † non appellandi, Cameram Imperialem me- 34.
ritò gloriari; expeditum reddit Ordinatio Cameræ *part. 3. tit. 51.*
in verb. Wir ordnen/ setzen und wollen auch/ daß von den Urtheln
am Keyserlichen Cammergericht ergangen/ und ausgesprochen/
kein Theil weiter zu *appelliren* oder zu *suppliciren* Macht haben
sol/ Andr. Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 7. & observat. 41 num. 8.* Zinzerl.
de appellat. conclus. 67. Quod nec mirum cuiquam videbitur † per- 35.
pendenti concurrentiam jurisdictionis, quam Imperator cum
Camerâ habet, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 29. n. 3. & dict. observ. 41.*
num. 8. Johan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 3. num. 6.* Rutger. Ru-
land. *in addit. ad Proceß.* Joann. Ferrar. Montan. *part. 2. lib. 2. c. 1.*
pag. 85. Henr. à Rosenthal, *de feud. cap. 11. conclus. 1. num. 32.* ita ut
† Imperator lites in Camerâ pendentes nec motu proprio, nec ad 36.
instantiam partis avocare aut ad se trahere valeat, Gail. *dict. obser-*
vat. 41. num. 3 & seqq. Petr. Heig. *part. 1. quæst. 9. num. 34.* Herman.
Vultej. *in l. 1. C. de jurisdict. num. 173.* Ludolph. Schrader. *de feud.*
part. 10. sect. 1. num. 185. † Quicquid etiam in contrarium dicat 37.
Matth. Berlich. *decis. 158. part. 1.* cujus argumenta solidè refellit Jo-
hann. Limn. *lib. 9. jur. publ. c. 2. num. 77. & seqq.* Quin & jurisdictio
Cameræ eodem nititur † jure & privilegio, quo ipsemet gaudet 38.
Imperator, quem repræsentat: Unde Rescripta & Decreta Ca-

39. meralia ſub nomine † & ſigillo Imperatoris expediri, firmari ac
definiri, didicimus ex Ordin. Camer. *part. 1. tit. 12.* §. und ſolche/ & *tit. 27.* §. und ſol der Verwalter/ Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 41. n. 5.*
ſi non longè amplior exiſtat jurisdictio Cameræ, quàm judicium
40. Imperatoris aulicum, † quippe non ſolùm ab ipſomet Imperatore, ſed & à reliquis Statibus totoque Imperio conceſſa, *Receſſ. Imperii de Anno* 1541. §. und damit auſſerhalb. Unde ab Imp. quandoque hæc verba novimus obſervata: Unſer und des heiligen Reichs Cammergerichts Ordnung. Ordin. Camer. Wormat. de Anno 1495.
41. † nec inde morte Imperatoris Cameræ jurisdictio expirat, Gail. *dict. obſervat. 41. n. 5.* Blarer. *ad L. diffamari. cap. 6. num. 40.* Tob. Paurmeiſt. *de jurisdict. lib. 2. c. 6. n. 31.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 2. cap. 14. n. 10.* Quæ cum ita ſe habeant, non poteſt non Cameræ Imperiali idem non appellandi jus tribui, quod competit judicio Imperatoris aulico.

XIII.

42. Eſt ergo jus extremæ provocationis † ſummum Regale, quod tamen inferioribus quoque Principibus & Statibus Imperii competere videmus, non proprio jure, ſed ex conceſſione & privilegio Imperatoris,
43. † perinde ut Regalia pariter majora ac minora, quorum ex manuſſtentia Cæſaris quandoque participes fiunt, qui ſuperiorem recognoſcunt, nec ulla ſunt prædita majeſtate, Herm. Kirchner. *de Republ. diſp. 1. th. 4.* Regn. Sixtin. de Regal. *lib. 1. c. 4.* Anton. Coler. *de jur. imper. germ. ſect. 39.* Diverſimodè autem
44. † jus hoc non provocandi ab Imperii Statibus exercetur, nempe vel *certo modo, certaq; conditione*, vel *abſolutè*: Unde privilegium de non appellando duplex perhibetur, *Conditionatum*, & *purum ſeu abſolutum*, Juſt. Zinzerl. *de appellat. concl. 65. & 74.* Illud vel
45. ratione modi vel certæ ſummæ ſic dictum. Etſi enim † regulariter appellatio ad ſuperiorem & in majus tribunal adſcendat, *l. 1. §. ſi quis, 3. ff. de appellat. Novell. 23. cap. 4.* quia per eam petitur emendatio prioris ſententiæ, quæ majoris authoritatis requirit auxilium, ut dicit Johann. Ferrar. *in tractat. de appellat. lib. 2. c. 5. n. 138. tom. 5.* Marant. *in ſpecul. part. 6. ſub tit. de appellat. num. 3.* Sigiſm.
46. Scaccia *de appellat. quæſt. 2. n. 4.* unde † ex parte Judicis ad quem, ſuperioritas regulariter præſupponenda, Mart. *de jurisdict. part. 1.*

cap.

cap. 43. & Judicis à quo, subjectio, Zach. Viet. *de exempt. concl. 38.* Attamen ex speciali quandoque conventione & indultu † ab uno Statu Imperii ad alium, & sic ad parem appellatur, seposito Imperatoris vel Cameræ judicio. † Ita scilicet à plerisque Vandaliæ Civitatibus, Rostochiensi, Stralsundianâque, Lubecam appellari novimus, Ernest. Cothman. *vol. 1. consil 3. num. 2* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 360.* † A sententiis pariter Senatûs Wormatiensis ad Episcopum Wormatiensem appellari vigore alicujus transactionis, fidem facit post Gylman. *tom. 3. symphor. fol. 37.* Johann. Limn. *lib. 7. jur. publ. cap. 56. num. 8.* † Et cum Reges Poloniæ nondum defecerant ab imperio, ad Pfalziam Saxonicam appellare consueverunt, Goldast *in præfat.* der Reichssatz. Ventur. de Valent. *in partib. litigios. lib. 2. c. 2. n. 19.* Limn. *lib. 1. jur. publ. c. 9. num. 60. & lib. 7. cap. 31. n. 7.* Restrictum nempe ita est hoc privilegium de non appellando ad Cameram vel Imperatorem, ex pacto & conventione, ne partes in sententia judicis prioris cogantur acquiescere, sed causæ cognitionem alterius judicis deciso submittere, ad eumque provocare queant. Quæ tamen † provocatio propriè appellatio non est, sed in vim consilii & consultationis aut prorogatæ jurisdictionis, non superioritatis fieri censetur, Hillig. *in Donell. enucleat. 28 comm. cap. 7. in not. lit. a.* Matth. Stephan. *dict. c. 7. num. 362.* Theodor. Reinking. *de Regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 4. num. 127. & 129.* Limn. *lib. 7. jur. publ. c. 9. n. 3. in fin.* 47. 48. 49. 50. 51.

XIV.

Conditionatum † porrò est quandoque privilegium de non appellando & restrictum ad certam pecuniæ summam, infra quam ad Cameram provocare non licet, Zinzerling *de appellat. conclus. 74. lit. e.* Sanè & ipsa Camera non omnes indifferenter appellationes nec causas cujusque summæ recipit, † sed eas saltem, quarum valor quinquaginta florenos excedit, Ordin. Camer. *part. 2. tit. 28. §.* Und sonderlich ordnen und wollen wir ꝛc. qui postea ad centum quinquaginta, *Recess. Imp. Spirens. de Anno* 1570. §. Als wir dann, & tandem ad trecentos florenos est auctus, *Recess. Imper. Spirens. de anno* 1600. Wiewol nun auch/ ut sic hodie † causas infra trecentos florenos per appellationem ad Cameram de- 52. 53. 54.

vol-

volvere haud liceat, Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. c. 31. num. 55.*
55. Johann. Limn. *lib. 9. jur. publ. c. 2. num. 164.* Attamen † apud Status Imperii plerosque summa hæc ex speciali privilegio diversimodè fuit adaucta. Non enim permissa est appellatio, nisi summa
56. excedat apud † Electorem Trevirensem quingentos florenos Rhenenses in auro. Apud Electorem Coloniensem quingentos in moneta; Moguntinum, 400. Episcopum Magdeburgensem, 600. florenos in moneta in realibus, in personalibus verò &
57. mobilibus 400. florenos in monetâ. † Apud Ducem Bavariensem 500. in moneta, Landgravium Hassiæ 600. in auro. Apud civitatem Norinbergam 600. in moneta, Ratisbonam 400. Argen-
58. toratum 600. &c. de quibus † ut & aliorum Statuum privilegiis de non appellando, quoniam integri extant commentarii, aliique in eorundem enodatione egregiam navarunt operam, ut videre est apud Gylm *in tom. 6. Symph. farrag. privil.* Ayrer. *in proc.* Gilhaul. *arbor. judic. de appell. num. 133.* Johann. Limn. *lib. 7. jur. publ. & passim*, eò remittendum duxi laudabilius, quàm optimè conge-
59. sta frustatim divellere. † Unicum id addo, quod in exercitio hujus privilegii necesse sit, summam procedere ex una actione, nec enim summæ diversis actionibus petitæ connumerari debent, *arg. l. 30. §. 1. ff. de appellatione l. 11. ff. de jurisd.* Quando † verò in computa-
60. tione summæ sola Sors sit attendenda, quando itidem accessio pensionum summam cumulet, ex verbis privilegiorum differentibus, Hauptsache / & Sache dijudicandum arbitratur Zinzerling *de appellat. conclus. 75. lit. b.* & post eum Limn. *lib. 3. jur. publ. c. 4. n. 7. in notis.*

XV.

61. Rationem hujus privilegii † multùm disquirere haud opus videtur, postquam manifestum est, per constrictionem appellationum, ipsas lites constringi & amputari non abs re & commodo Reip. *l. 21. ff. de reb. credit. l. 5. §. 1. 120. suo l. 16. C. de Judic. l. 12. C. de contrahend. stipulat. l. 10. C. de transact.* Frid. Pruckman. *cons.*
62. *38. num. 92.* (1.) præcavendum namque † ne lites, hominum & vivaces cornicularum ac cervorum ætates superent, Pet. Frid. *lib. 2. de mandat. jud. cap. 13. § 15.* vel ultra seculi spatium durent.
63. Pruckman. *cons. 16. n. 47.* Nec convenit (2.) † quarumvis minutiarum

rum nomine negotium facessere Imperatori vel Cameræ. Scipio Ammirat. *differt. polit. lib. 3. disc. 5.* Joh. Sichard. *ad Auth. ad hæc num. 4. C. d. Judic.* Just. Zinzerling. *de appellat. conclus. 74. lit. c.* Parcendum (3.) quoque est † sumptibus & expensis, quarum erogatione litigantes multum vexantur, & metuendum, ne concedendo indifferenter appellationem, sumtus in litem faciendi elevent ipsius litis summam, *Recess imper. Spirens. de anno* 1560. §. Als wir denn auch / Zinzerl. *dict. loc. lit. b.* 64.

XVI.

Pinguius est privilegium de non appellando † purum & absolutum, quod indifferenter non habitâ ratione ullius valoris vel causæ prægnantis, omnem excludit provocationem. Estq; id antiquitus per † auream Bullam Electoribus indultum, *tit. 11.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 10. num. 31.* Just. Zinzerling *de appellat. conclus. 70. lit. a.* Absonum enim visum fuit, id juris denegare Electoribus, de quo exteri gloriantur Reges ac Principes, quibus tamen ratione dignitatis † haudquaquam cedunt, ut verè quondam dixerit B. Lutherus: Die Churfürsten schreiben Königen / Ewer Liebe / und nicht / Ewer Gnaden / denn sie sind Königen gleich geachtet / in Tischreden / *cap. 38.* & Schardius: Principum aliorum ac Regum dignitatem magnam, sed Electorum † tantò majorem augustioremque esse, quantò imperiali fastigio propior, ejusque quasi legitima & ordinata creatrix videatur, *in præfat. de Elect. instit.* Nimirum † dignitas Electoralis ab Imperatoriâ Majestate dependet, cumque eâ quasi cohæret, fatente Rudolpho II. Imperatore, Domin. Arum. *ad tit. 6. Aur. Bull.* Horum † namque humeris imperii celsitudo committitur, & horum ex germine quasi, decedente Imperatore, Aquila alarum suarum umbrâ Occidentem tegens producitur, Münster *in Cosmograph. lib. 3. c. 21.* Arum. *dict. loco.* Horum † prudentiâ & consilio effectum, ut gravissimæ dissensiones in Imperio conquieverint; Pax & tranquillitas in Germaniâ qualiscunque conservata, ac clandestinæ & insidiosæ exterorum Imperio Germanico inhiantium conspirationes fuerint repressæ, Waremund. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. cap. 2. num. 147.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 4. num. 15.* Pet. Albin. *in Chron. Misn. lib. 16. p. 218.* Auct. des Froschmäuselers / *part. 4. c. 1. in fin.* Vent. de Valent. *parth. litigios. lib. 2. c. 9. n. 38.*

65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.

72. Sed † proh dolor! quoad Electores Ecclesiasticos & Palati-
num, hoc privilegium non utendo, sive quo alio modo in fumum
abiit, Petr. Heig. *part.1.quæst.4. num.31.* Zanzerling *de appellat.con-*
clus.70.lit.b. Henn. Arnis. *de jur.majest.lib 3.c.2.num.3.* Schurff. *cent.*
3.consil.29. num.1. reliqui verò Electores id constanter retinue-
runt, Johann. Limn. *lib.3.jur. publ.c.2. num.70.* Buxdorff. *ad Aur.*
73. *Bull.concl.94.lit.p.* Non etenim † in causis partium litigantium à
Rege Bohemiæ, ejusve summis tribunalibus provocatio datur ad
Cameram vel aulam Cæsaris, Melch. Goldast. *in Boh.lib.4.cap.13.*
num.15. Johan. Limn. *lib.3.jur.publ.c.8.n.18.* quod explicatius hi-
sce verbis tradit Albert. Brunus: A sententia regis nō licet appella-
re, quia in suo regno habetur pro Lege, & cum habeat supremam
potestatem ac jurisdictionem, nemo posset in melius reformare.
74. Quod procedit † etiamsi Rex superiorem recognoscat, & regnum
teneat in feudum. Nam licet respectu totius regni, & in universo
tantùm sit utilis Dominus, directumque dominium sit penes eum,
qui recognoscitur, tamen respectu singulorum hominum, Regni
ac jurium Regni singulariter consideratorum, habet plenitudi-
nem potestatis & directam jurisdictionem, quam suo nomine
exercet, *in comment.super Stat.exclud.fœmin.12.art.13.n.15.* allega-
75. tus à Goldast. *dict.loc.num.16.* Idemque juris etiamnum † hodiè
tenent Electores Saxo & Brandeburg. Quod enim de hoc scribit
Petr. Heig. *dict.quæst.4.num 32.* Brandeburgicum Privilegium de
non appellando quondam amisisse, ac postea per singularem con-
cessionem ab Imperatore Rudolpho II. denuò recuperâsse, cui
assentitur Dom. Arum. *in discurs.5.ad Aur.Bul.conclus 13.in fine*
76. † id disertè repugnat verbis Rudolphi II. qui Anno 1586. privile-
gium de non appellando quoad Electorem Brandeburgicum sal-
vem renovavit: Inter alia siquidem ita dicit: Uber hundert und
mehr Jahren/ und also weit über Menschen gedencken eingeführet/
hergebracht/ gebraucht/ und behalten werden daß niemand von der
Churfürsten zu Brandenburg Urtheln/ *decreten*, Erkentnüß und
Abschieden ꝛc. zu *appelliren* Macht habe. *Et postea*; Daß wir solche
der Churfürsten zu Brandenburg hergebrachte Gerechtigkeit/ des
nichts *appellirens* von ihren Urtheln/ *decreten*, und Erkentnüssen/
dessen

dessen sie/ wie obgemeldet/ ohne des befugt/ und bißher unverruckt erhalten / rc. Renovationis hujus tenorem retuli verbotenus *in comment. Leg. Reg. c. 9. sect. 8. num. 9.* eumq; repetit Limn. *lib. 3. jur. publ. c. 10. n. 12.*

XIIX.

Electoribus non immeritò subjunguntur † Archiduces Austriæ, qui ut dignitate aliis Principibus superiore præpollent, Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 14.* ita etiam splendore privilegii de non appellando coruscant. Quod etsi quandoque à Camera in dubium vocatum, & de hoc acriter decertatum fuerit, teste Rutgerò Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 5. c. 4. n. 24.* in tantum, ut non semel processus, inhibitiones & mandata contra eos decreverit, si credendum Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 25.* † non tamen propterea recedendum putaverim à privilegio satis claro & manifesto; domui Austriacæ à Carol. V. Imperat. dato, in quo inter alia hæc leguntur verba: Es were dann/ daß die Sache eine *appellation* auff ihr trüge / so soll doch dieselbe nach Ordnung des regierenden Landesfürsten/ und der Landgebräuche/ auch nicht weiter/ denn in des Landesfürsten Cammergerichte vollführet / und darüber an uns/ noch unsere Nachkommen am Reich / Römische Keyser und Könige / noch an des Reichs Cammergericht oder ander Gericht nicht *appelliret*, *supplicirt*, noch *reducirt* werden; apud Cuspinian. *in Austria.* Quod & denuo idem Imperator † Carolus V. Anno 1530 die 8. Sept. speciali diplomate iisdem verbis confirmavit, ac simul contraria attentata prorsus abrogavit, *vers.* Unangesehen/ob hiebevor aus übersehung/oder einigen andern Ursachen/dergleichen viel oder wenig beschehen were/ oder noch beschehen würde/ *junct. vers.* Denn wir denselben allen und jeden aus Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit und rechten Willen *derogiren* und widersprechen/ und alles/was darwider gehandelt ist oder würde/ *cassiren* und vernichten/widerruffen / und gäntzlich abthun/ rc. apud Johan. Limn. *lib. 5. jur. publ. c. 2. num. 35. pag. 50.* Non etenim † splendor domus Austriacæ admittere videbatur provocationem ad judicem superiorem, postquam alia etiam pingviora meruerit privilegia: nec quenquam in universa Christianitate Principem tot tantisque gaudere immunitatibus, privilegiis, eminentiis ab Imperatori-

77.
78.
79.
80.

81. bus & Regibus Romanor. concessis, † quàm Austriæ, attestatur Cuspinian. *in Austr. pag. 32.* adeo, ut quibusdam pares sint Electoribus Crantz. *in Saxon. lib. 8. cap. 6.* Burg. Ruland. *dict. c. 4. num. 23.* nonnullis etiam ipsos vincant, Regn. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. c. 4. num. 23. & seqq.* Limn. *dict. cap. 2. num. 27.* veluti in erectione
82. novorum vectigalium suis in provinciis: ac † quod speciale est, possunt Archiduces Austriæ non tantummodò Nobiles, sed etiam Barones & Comites, non quidem in toto imperio, (ut autumat Petr. Fritz *de nobilit. conclus. 8.*) sed saltem in suo Archiducatu creare, iisque insignia dare, & iisdem si abutantur, privare quod privilegium verbotenus referunt Münster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 399.* Gylm. *rer. in Camer. judicat. lib. 2. decis. 54. num. 59.* Limn.
83. *dict. cap. 2.* Ita scilicet familia Austriaca † non saltem de felicitate ac summa dignitate sibi gratulatur, quæ vel inde prædicanda, quod hæc domus intra quindecim annorũ spatium omnib⁹ in orbe Christiano Regnis vel Reges vel Reginas dederit, excepta Scotiâ, Ens *lib. 1. ib. polit. apotelesm. 6. pag. 147.* sed etiam de immunitatibus
84. & eminentiis gloriatur, † quarum proculdubio causa fuit & occasio non solummodò Impp. gratia & propensi animi inclinatio, sed etiam præclarissima Gentis illius merita & pericula, quibus exposita fuit, ut hinc Frider. I. Imper. Austriam cor & clypeum Imperii Romani dixerit verissimè, referente Rittershus. *in orat. de vita Frider. I.* cui calamitas furoris Turcici & ignis Bellonæ primò imminet, *Recess. imper. de Anno 1566. §.* diesem unsern *circa fin.* Johan. Sleidan. *lib. 7. ad fin.* Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 10. n. 11.*

XIX.

85. Similis † est exemptio à jure provocandi Ducis Burgundiæ, quam obtinuit ex nobili illa transactione Anno 1548. die 26. Junii Augustæ cum Carolo V. Imp. celebrata, quam concordiam nuncupant, cujus tenorem referunt Aut. *libri privilegiorum Francofurti Anno 1602. excus. sub lit. Copia* des Vertrags zu Augspurg auffgerichtet. Watem. ab Erenb. *de fœder. lib. 2. pag. 350.* Domin. Arum.
86. *de comit. imper. c. 4. n. 90.* Johan. Limn. *dict. c. 2. n. 50.* inque eâ † hæc notanda sunt verba: Doch daß dieselben sonst bey allen andern Freyheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ *exemption* der *appellation* und *jurisdiction* gelassen wurden. *Et postea:* Sollen erzehlete unsere

Lande

Lande und derselben Unterthanen bey allen ihren Freyheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ *exemption* der *appellation* und *jurisdiction* gäntzlich und ruhiglich gelassen/ darwider nicht bedrengt/ sondern der Landen Unterthanen und Zugehörige/ mit unser Keyserlichen Cammergerichts *mandaten*, *citation*, Annehmung der *appellation* und andern *processen* unbeschweret / und unangefochten bleiben/ ꝛc. Quod ergò dicit Andr. Knichen, †Burgundo nulla, quà 87.
provocationem, opus esse exemptione, *in comm. de Saxon. non provoc. jure cap. 2. n. 45.* id si certo respectu non accipiatur, nempe quà provincias, quas ab Imperio non recognoscit, prout limitat Zinzerling *de appellat. concl. 68 lit. l.* ipsi defendendum relinquimus: nequaquam concedentes, saltem quoad contributionem & securitatem publicam, Ducem Burgundiæ imperio addictum esse, Knich. *dict. n. 45.* Novimus † siquidem ex Recessibus & actis co- 88.
mitiorum, quod Burgundicę domûs nomine, Anno 1559. Comitiis Augustanis, Anno 1570. Spirensibus, Anno 1576. conventui Ratisbonen. Anno 1582. comitiis Augustanis, Anno 1594. Ratisbonen. Anno 1600. Spirens. & 1603. Ratisbonensibus Comitiis Legati interfuerint, ac perinde ut reliqui Status Imperii, sessionem votumque habuerint: ex quo Ducem Burgundiæ verissimè Statum Imperii dixeris, quippe † qui ex jure Sessuræ ac votandi dignosci- 89.
tur, *Recess. imper. Anno 1512. in pr. & Ann. 1555. §.* bleibt. Dom. Arum. *de comitiis c. 4. n. 1.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 1. c. 8. n. 3.* Quin † 90.
& Ducatum Burgundiæ etiamnum bonâ sui parte feudum esse Imperii, ejusq; intuitu Regem Hispaniæ haberi Vasallum Imperatoris, docent Sebastian. Münster. *lib. 2. de Regn. Burgund. in Cosmograph.* Thom. Michaël. *de jurisdict. concl. 22.* Arum. *dict. c. 4. n. 86. & seqq.* Warem. ab Erenb *de fœder. lib. 2.* licet in plerisque sit exemtus, Joach. Mynsing. *lib. 5. observat. 58. n. 2.* quæ tamen exemptio à Cæsaris jurisdictione ipsum haut liberat, Andr. Gail. *de pac publ. lib. 1. c. 11. n. 6.*

XX.

Hujus æmula est exemptio † Ducis Lotharingiæ, quam fert 91.
acceptam transactioni cum Ferdinando Rege Romanorum initæ, die 26. August. Anno 1542. cujus tenorem suppeditant *dict. Aut. libr. privileg. sub tit. Lothar.* Vertrag ꝛc. Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. pag. 369* Johan. Limn. *lib. 5. jur. publ. cap. 11.* & leguntur inter alia ejusdem hæc verba: Aber sonsten sollen sie aller an-

C 3 derer

derer *proceß, mandaten* und *jurisdiction* des heiligen Reichs/es seyn erster oder anderer *instanz*, gebübriget/ gemessiget und frey seyn/ und mit einigen *processen, mandaten, oration, appellation*, Annehmung und dergleichen unbeschweret gelassen werden und bleiben 2c.

92. Ex conventione itaque & † privilegio indultam habet exemptionem Dux Lotharingiæ, Joach. Mynsing. *5. observat. 58. num. 2.* Zinzerling *de appellat. conclus. 69. lit. a.* quo ipso se imperio subjectum

93. prodit, quamvis † aliter sentiat Andr. Knichen, nulla cum exemptione indiguisse asseverans, *dict. c. 2. num. 45.* quia nempe ratione Ducatûs Lotharingiæ jurisdictionẽ Cæsaris non agnoscat: idemque tradit Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. c. 5. in fin.* Quibus † ipsis-

94. sima opponimus verba transactionis prædictæ *in verf.* Sol bemelter *Antoni* und seine Erben der Keyserlichen Majest. uns/ und den Römischen Keysern und Königen/ die zu jederzeit sein werden/ auch dem heiligen Röm. Reich und derselben *jurisdiction* zugethan und

95. verwand seyn 2c. Quin † & non solummodò citatos fuisse ad Comitia Duces Lotharingiæ, ut autumat Goldast. *dict. loco*, sed etiam comparuisse & decreta Comitiorum subscripsisse, apparet ex *Recessib. Imperii de Anno* 1570. 1576. 1582. & 1603. tantum abest; ut in Comitiis pro Statu Imperii haud fuerint habiti: quos propterea Principes & Vasallos Imperii esse, verissimè scripsit Mar-

96. tha Neapolit. *de jurisdict. part. 1. c. 26. num. 64.* Eaque de causâ † factum opinari licet, quod de Lotharingiæ Ducatu inter Regem Siciliæ & Comitem Vallimontis, coram Imperatore tanquam Domino fuerit disceptatum, Johan. Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 9.* 2. Just. Sinolt *in disp. de Vicar. Imper. th. 45.*

CAP. II.

Quale sit privilegium de non appellando Electorum & Ducum Saxoniæ: & quomodo differat à privilegio de non evocando?

XXI.

Descendamus nunc ad jus & privilegium de non appellan-

1. do speciale, † quod Serenissimis Principibus Electoribus & Duci-

bus

bus Saxoniæ est indultum, ne quisquam ab eorundem sententiis, decretis & processibus appellare præsumat, Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bullam conclus. 94. lit. c.* Richard. Dieter. *de summa summi imper. potest. concl. 127.* Regn. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. num. 14.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 4. num. 32.* Andr. Knich. *de jur. non prov. Saxon. verb. jus cap. 2. num. 34.* Zinzerling *de appellat. conclus. 72.* Johan. Limn. *lib. 5. jur. publ. c. 15. num. 9.* Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 26.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 5. num. 55.* Schurff. *cent. 3. consil. 29. num. 1.* Quod cum nullibi ad certam pecuniæ summam fuerit restrictum, † purum hinc est, non conditionatum, ita ut non habitâ ratione valoris ac summæ, etiam minutissimæ, extrema subsistat provocatio in judicio Serenissimorum Electorum & Ducum Saxoniæ, idque propterea illustriori † fulget splendore; quod bene animadvertit D. August. Elector Saxoniæ, mandato seu instructioni Heinrici à Bünaw in Drösigk / & D. Francisci Krams ad Duces Saxoniæ, cum quibus de insinuatione privilegii Ferdinandini Cameræ imperiali faciendâ deliberandum esset, ablegatorum sub dato Nossen 12. Oct. Anno 1559. hæcce inserens verba: Es zweifelten auch Ihr Churf. Gnaden nicht / Ihre Liebde / würden daraus zu verstehen haben / daß es eine Begnadigung were / so nicht vor ein gering Kleinod und *præeminentz* des Hauses Sachsen zu achten / denn ihr wissend / obwol solches bey Regierung Keyser Carls gesuchet / daß es doch daselbsten nicht erhalten werden können / ic. Credibile sane † id est, quia quantum splendoris Domui Saxonicæ hoc privilegio accedit, tantum jurisdictionis Cameræ Imperiali & judicio Cæsareæ Majestatis aulico decedere videtur. Cessit † tamen favor jurisdictionis Imperii, meritis & prosapiæ Ducum Saxoniæ, qui ex sanguine Regio, à Witekindo nempe Magno, Rege Saxonum, Duce Angriæ, Principe Rugiæ, Dynastâ Iburgo originem duxerunt, Limn. *dict. c. 15. n. 1.*

2.
3.
4.
5.

XXII.

Non parum itaque florescit † hinc sertum Rutaceum, toti familiæ Saxonicæ à tempore Bernhardi Principis Anhaldini & Saxon. commune, (inde forsan, quod per æstum rutâ coronatus Fridericus I. sertum capiti suo detractum in ipsius clypeum projecis- 6.

jecisset, Ritterschus. *in orat. de Frider. Barbarossa pag. 31.)* eoq; magis florescit, quo antiquius est hoc privilegiū à tempore immemoriali hucusq; observatum, nec minus etiamnum viget. Cui porrò annexum hoc est, † ut nemini subditos Electorum & Ducum Saxoniæ pro quâcunque causâ, ad quodcunque tribunal extraneum liceat evocare. Id equidem Justus Zinzerling cum privilegio de non appellando ita confundit, ut utrumque pro uno eodemque venditare haud dubitet, *in dissert. de appellat. concl. 70.* quod nec displicere videtur Johann. Limn. *lib. 3. jur. publ. c. 2. num. 68. & cap. 10. n. 37.* sed distincta † hæc esse jura, vel inde liquescit (1.) quod jus non evocandi primam potissimùm concernat instantiam, ipsamque Cameram & forenses prohibeat incolas Saxonicos ad extraneum tribunal evocare: at privilegium de non appellando ad alteram pertinet instantiam, eoque non solùm Camera & forenses, sed etiam † ipsimet incolæ Saxonici obligantur, ne à decisis & sententiis Electorum & Ducum Saxoniæ ad aliud tribunal appellent. Gerlac. Buxdo[illegible] *ad Aur. Bull. concl. 94. lit. b. c.* (2.) distinguit etiam hæc jura, ac [illegible] diversa ab invicem ponit † ipsamet *Aurea Bulla tit. 11.* Von Freyheiten der Churfürsten *in pr. & §.* Und ordnen wir hiermit ausdrücklich, nam primo ibidem agit de jure non evocandi: ac postea demum *in dict. §.* und ordnen etc. privilegium de non appellando subjungit, Dom. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. conclus. & 13.* (3.) Ac tandem † innuit horum jurium diversitatem, privilegiū Ferdinandinum *in verb.* Es were auch unsers Vorfahren am Reich weiland Keysers *Sigismundi* hochlöblicher Gedächtnüß *privilegium* verhanden / damit seine Liebe / als Römischer Keyser / die Chur und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet / darinnen versehen / daß niemand des Hauses Sachsen Unterthanen für andere Gericht ziehen und laden solt. Welches auch auff die *appellation,* daß dieselbe niemand von ihrem Gerichten an andere Orthe fürnehmen solte / verstanden worden.

7. 8. 9. 10. 11.

XXIII.

12. Nequaquam ergò hæc jura confundi debent, lubens quantumvis fatear, † ex privilegio de non appellando firmiter inferri ad jus non evocandi, illudque secundæ instantiæ, hoc, quod primæ est instantiæ & majoris præjudicii præsupponere: ex quo etiam

jam Serenissimi Electores & Duces Saxoniæ in aulâ Cæsareâ,
jurium horum confirmationem conjunctim sæpissimè petierunt
pro avertendo attentato Cameræ, quæ nunquam non pro ampli-
ficatione jurisdictionis imperialis laborare, & subditos Electo-
rum & Ducum Saxoniæ evocare est annixa; quâ † de re fidem facit 13.
Memoriale, quod Pro-Elector Saxon. Dn. Fridericus Wilhelmus
piæ memoriæ Abrahamo Bocken, Ernesto ab Haugvvitz, Geor-
gio Vitzthumb ab Eckstedt, & D. Johan. Georgio Gödelmanno
Consiliariis suis ad Imper. Rudolphum II. ablegatis pro impetran-
dâ extensione ac confirmatione privilegii Ferdinandini, sub dato
Torgæ 30. April. anno 1597. ad manus dedit, in quô inter alia
hæc notanda veniunt verba: † Ja es bringt auch solches das wohl- 14.
erlangte *Privilegium de non appellando* an ihn selbst mit sich/ denn
weil vermöge desselben / die Sachen/ so vor die Chur- und Fürsten
zu Sachsen gehören/ *per viam appellationis* nicht können an das
Cammergericht gezogen werden / so kan ja denselben vielweni-
ger *in caussis primæ instantia* mit fugen einiger Eingriff geschehen/
wie dann auch derentwegen/ die Chur und Fürsten zu Sachsen in
allen Reichs-Versamlungen / so offt von Verbesserung der Cam-
mer-Gerichts-Ordnung berathschlaget worden/ dieses des Hauses
zu Sachsen Recht und Gerechtigkeit den Ständen öffentlich vor-
bringen / und *protestando* ausdrücklichen *reserviren* und vorbe-
halten lassen. Solchen aber allen zuwider befinden wir/ wie es letzo
am Cammergericht sehr gemein werden will/ daß man nicht allein
daselbst allerley *process* wider des Chur und Fürstlichen Hauses
Sachsen Unterthanen/ unersucht der ordentlichen Obrigkeit / *de-
cernirt* und *exequirt*; sondern auch dieselben Unterthanen an das
Gericht/ oder vor desselben verordneten *Commissarien* zu ziehen /
und dadurch dem Haus Sachsen an seiner *jurisdiction*, und herge-
brachten Rechten mercklichen Eingriff zu thun / sich untersteher/
nur allein unter dem schein/ daß die Chur- und Fürsten zu Sachsen/
in die Ordnung des Gerichts/ so wol/ als andere Stände/ gewilli-
get/ da doch hiervon daß den andern Ständen ein solcher Eingriff
geschehen solt/ in der Ordnung kein Wort zu befinden/ sondern viel-
mehr das Gegenspiel und daß ein ieder bey seinem ordentlichen Ge-
richt gelassen werden soll/ klärlichen darinnen versehen / auch dar-

neben den Ständen ihre habende *privilegia* ausdrücklich vorbehalten werden. *Et postea*: Damit man aber gleichwol solcher beschwerlichen Eingriffe genübriget/und das Haus Sachsen bey seinen Rechten geruhiglich erhalten werden möchte/ So erfodert desselben und unsere höchste Nothturfft / daß das *privilegium* auch dieses *puncts*
15. halben erneweret werde/etc. Ita nimirum Serenissimi † Electores & Duces Saxoniæ pro conservatione utriusque juris de non appellando, & nō evocando subditos suos ad extraneum tribunal, omni tempore ac studio, & non sine magnorum sumptuum erogatione, allaboraverunt, nec quicquam intermiserunt, quò id ab attentatis Cameræ Imperialis vindicarent, quod & factum à D. Augusto Electore anno 1559. Ferdinandinum privilegium impetrante, ex quo tamen confusio horum jurium diversorum haudquaquam evincitur.

XXIV.

16. Explicatius † ut hoc demonstratum demus, vix nomen privilegii meretur jus non evocandi subditos ad extraneum tribunal, quippe quod hodie non solùm Electoribus Imperii vigore aureæ Bullæ, & Ducibus Saxoniæ ex speciali concessione competit, sed
17. etiam ad alios quoscunque † Imperii Status fuit extensum; iis namque hujus juris conservandi causâ, Imperatores inter cætera tempore electionis promittere ac jurare solent, se eorum subditos ordinariis suis judicijs relicturos, veluti expeditum reddit Capitulatio Cæsarea, *vers.* Wir sollen und wollen auch die Churfürsten/ Fürsten/ *Prælaten*, Grafen/ Herren/ von Adel / auch andere Stände und Unterthanen des Reichs etc. Domin. Arum. *ad aure. Bull. disc. 5. concl 11. circa finem*, Reusn. *vol. 2. consil. 6 num. 6.* Omnibus ergo Imperii Statibus commune hoc jus de non evocando habetur, tantum abest, ut sit privilegium idem cum speciali indulto ac privilegio Electorum & Ducum Saxoniæ de non appellando.
18. Est namque † privilegium quasi lex priva seu singularis *l. 1. ff. de legib. c. privilegia. dist. 3. cap. abbat. extr. de Verb. S.* quæ ad universos non pertinet; quia veteres priva dixerunt, quæ nos singula nuncupamus, Budæus *in annot. suis pandect. ad l. legis virtus ff. de legib.* atque hinc Cicero legem de proscriptione suâ latam appellat privilegium, quasi legem de privo, hoc est, singulari homine latam, ut docet *Gell. 9. noct. attic.*

25. Pro-

XXV.

Proficuum nihilominus est hoc jus † Serenissimis Electoribus & Ducibus Saxoniæ pariter, ac reliquis Imperii Statibus, quô non modò conatus privatorum ad extraneum tribunal subditos & incolas evocantium impediri, sed etiam evocatio ab ipsâ Cæsareâ majestate, facta averti potest. De quò non absque † ratione quis dubitaverit, cum Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. cap. 1. num 26.* Gramm. *consil. 38. num. 3. & seqq.* Georg. de Cabedo *decis. 35. n. 4. part. 2.* Gartz. Mastrill. *part. 1. decis. 81. num 3.* cum juris sit expediti, Judicem superiorem causas inferiorũ avocare posse, *l. judicium solvitur. 58. ff. de judic. l. solent. 6. § 1. ff. de offic. Proconf.* Joh. Zanger. *de except part. 2. cap. 1. num 417.* Anton. Petr. de Petra *de potest. princip. cap. 6. num. 69.* Herm. Vultej. *in l. 1. num. 173. C. de jurisdict. omn. judic.* scilicet, quia concessio jurisdictionis non privativè † sed cumulative facta intelligitur, Panorm. *in cap. Pastoral. num. 6. extr. de offic. ordinar.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 1. quæst. 40. num. 3. & seqq.* Dec. *consil. 3. num 3.* ex quo, supremo & maximo † omnium judice Imperatore præsente, minores & inferiores magistratus quasi fasces submittunt, & ad aquilæ volatum aves reliquæ quiescunt, Conrad. Ritterschus. *in vita Frider. I. Imp.* Plin. *in panegyr. Trajan.* Johann. Bodin. *lib. 1. de republ. cap. ult.* Johan. Limnæ. *lib. 9. jur. publ. cap. 4. num. 18* perinde ut † Papâ præsente officium Episcopi in suspenso est, *cap. dudum cap. quamvis extr. de prabend. in 6to. c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 3. defin. 12. n. 3 4.* nec præsente Episcopo, benedicit Sacerdos, *c. denique. dist. 21.* quod nec à jure Saxonico alienum, in quo hæc notata legitur sanctio: † In welche Stadt der König kömbt/ da sind ihm alle Gericht geöffnet/ und muß der Unterrichter zu richten inhalten/ *art. 60. lib. 3.* Unde factum videtur, ut Imperatore fines alicujus civitatis appropinquante, claves portarum ipsi soleant offerri, Dn. Casp. Ziegler *in comm. concl. ad aur. prax. Calvol. §. Landsassii n. 3 pag. 191.*

19.
20.
21.
22.
23.
24.

XXVI.

Sed licet hæc ita disputentur à Doctoribus, † parum tamen officiunt juri de non evocando Electoribus & Ducibus Saxoniæ, ut & reliquis Imperii Statibus concesso, nec inde evocandi facul- 25.

tatem sibi arrogare potest Imperator (1.) Quia, ut modò diximus,
26. † juri huic renunciavit, & quidem præstito desuper juramento, quo confirmari consuevit Capitulatio: quicquid ergo ex jure civili in contrarium profertur, infringere id nequit renunciationem specialem: unde † per leges Imperii aliud statutum dicimus, nimirum subditos Statuum in ordinariis judiciis relinqui & non evocari debere, Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad aur. Bull. concl. 53. lit. e.* Theodor. Reink. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 7. n. 21.* (2.) Nec
28. largimur, cumulativè † jurisdictionem fuisse concessam ab Imperatore Statibus Imperii, postquam hi jure hereditario perpetuo & ad heredes transitorio de jurisdictione sunt investiti, adeoque eam non administrationis titulo, sed jure patrimonii & investituræ feudalis in vim utilis Dominii possident, & in ea non magis, quàm in fructuum perceptione ab Imperatore turbari possunt:
29. quia † jurisdictio ex feudi beneficio competens, ad fructus refertur feudales, Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. n. 51.* Rol. à Vall. *vol. 2. consil. 28. n. 8.* Henr. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 52.*
30. *n. 3.* Indubitatum hinc est † jurisdictionis concessionem Satibus Imperii privativè factam censeri, perinde ut per præscriptionem, jurisdictio respectu superioris privativè intelligitur acquisita, Felin. *in cap. pastoralis. num. 4. extr. de offic. ordinar.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 1. n. 158.* Henning Göden *consil. 2. n. 18.* Math. Wesenb. *consil. 95. n. 57.* Cui consequens, Imperatorem per modum avocationis eos turbare non posse, † nam quoties privativè
31. concedicur jurisdictio & regalia, superior non concurrit in primâ instantia cum Vasallo, Jason *vol. 3. consil. 70. num. 1.* Anton. Fab. *in*
32. *Codic. lib. 3. tit. 12. de fin. 5. num. 3.* quò & facit † duplica Principum Electorum in conventu Ratisbonensi Annò 1630. Cæsareæ Majestati exhibita, *in verb.* Zumale/ weil der Keyserliche *Fiscus* den Ständen gleich andern hohen *regalien* und Obrigkeitlichen Rechten/ gäntzlich und *privative* eingeraumt und übergeben/ dessen sie
33. auch unverhindert männiglichen / geniessen sollen. (3.) Et † si omninò jurisdictionis concessio Statibus Imperii cumulativè facta sit, restringenda tamen est ad jus superioritatis, quod non in eo consistit, ut in exercitio jurisdictionis, & primâ instantiâ superior cum inferiore concurrat, sed ut ab omnibus tanquam superior

perior recognoſcatur, & demum ad eum tanquam ultimum centrum ab inferiore, qui ratione provocationis extremæ haud eſt privilegiatus, per viam appellationis, ſimplicis quærelæ, vel nullitatis recurratur. Cum † enim ideo inferioribus ſummus Princeps juriſdictionem conceſſerit, ut cauſarum multitudine in primâ inſtantia levaretur, utique noluit cum quolibet concurrere, ſed ſuam cuique ſartam relinquere juriſdictionem, Theod. Reinking *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. c. 7. num. 38. & 39.* eamque explicationem ſuppeditat inſtructio Dn. Pro-Electoris † Saxon. Frider. Wilhelmi Conſiliariis ſuis ad Imper. Rudolphum II. Anno 1597. ablegatis data, cujus ſupra eſt mentio facta, *in verb:* Vnd wiewol es etliche daher in Zweifel ziehen / *quaſi juriſdictio cenſeatur à ſuperiore conceſſa cumulativè non privativè*, ſo wird doch ſolches von andern gemeiniglich dahin erkläret / daß es allein *quoad jus ſuperioritatis* zu verſtehen / nicht aber *quoad juriſdictionem in cauſis primæ inſtantiæ*, und daß derowegen dem *inferiori* in denen Sachen / ſo vor denſelben gehören / von dem *ſuperiore* ſo wenig als von den andern Eingriff geſchehen möge / ſonderlich aber / wen er mit der *juriſdiction* erblichen belehen / etc.

34. 35.

XXVII.

In dubium nihilominus vocari ſolet jus hoc in † cauſis criminalibus. Finge, ſubditum Sereniſſimi Electoris vel Ducum Saxoniæ, in alterius Principis vel Status territorio deliquiſſe, annon jus iſtud impediet, quò minus delinquens ad locum delicti & tribunal extraneum evocetur? Cum enim delinquens forum ſortiatur in loco, † in quo crimen publicum eſt perpetratum, licet alibi ſuum contraxerit domicilium, *l. 3. ff. de offic. præſid. l. ſi cui crimen 7. §. pen. & l. ult. ff. de accuſ. l. ſolent. 7. ff. de cuſtod. reor. l. 1. & Auth. quâ in provinciâ, C. ubi de crim. agi oport.* Tiber. Decian. *lib. 4. pract. crimin. cap. 7. num. 1.* Johann. Zanger *de except. part. 2. cap. 1. num. 221.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæſt. 50. num. 9. & 10.* juriſdictionem alterius judicis hoc caſu in jure fundatam, non inepte dixeris: Quod equidem annuo, † ſi delinquens in loco delicti deprehendatur, *l. 1. C. ubi de crimin.* nec enim,

36. 37. 38.

tùm

tùm ullà vocatione opus est, nec citari debet, qui statim captivari potest. At si aufugiens ad locum domicilii se receperit, nequaquam audiendus est judex extraneus, delinquentem evocans ad tribunal & locum, in quo crimen est perpetratum

39. (1.) † propter verba *aur. Bull. in tit. 11. ibi.* Es treffe gleich Malefitz/ *Civil* oder vermischte/ oder sonst andere Sachen an/ quibus jus non evocandi alterius Statûs subditos, ad causas etiam criminales manifestè extenditur, Dom. Arum. *in disc. 5. ad aur. Bull. conclus. 12. pag. 216.* Buxdorff. *ad aur. Bull. conclus. 94. lit. a. circa fin.* (2.) † Cum-

40. que duntaxat in causis fractæ pacis publicæ, subditos Statuum Imperii mediatos, nullo privilegio vel declinatoriâ exceptione obstante, ad Cameram evocari, permittat ordinatio Camer. *tit. 9. part. 9.* Petr. Frider. *lib. 1. de process. cap. 22. in pr.* quamvis & cùm domus Burgundica cum suis ducatibus & dominiis ex conventione initâ cum Carolo V. Imper. anno 1548 sit privilegiata, Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 11. num. 3.* Arum. *dict. conclus. 12.* non certè aliis in causis criminalibus, Cameræ, † multò minus princi-

41. pibus & Imperii Statibus evocatio, erit concessa, quia exceptio confirmat regulam in casibus nō exceptis. *arg. l. quæsitum. 12. § idem respondit 43. vers. denique ff. de fund. instr. vel instrum. legat.* (3) Nec de-

42. negandum † Statibus Imperii, quod aliis privatis de consuetudine generali indultum, ne scilicet cogantur remittere subditos suos ad locum delicti, si sponte id facere nolint: postquam remissiones delinquentium ubivis ferè locorum hodiè in desuetudinem abierunt, Matth. Wesenb. *in parat. ff. de accusat. num. 8.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 29. num. 6. & 7.* Herm. Vult. *lib. 2. jurispr. Romana cap. 1. num. 43.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 50. n. 25.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 17. n. 30.*

XXIIX.

43. Nec aliud dicendum existimaverim † de contractibus à subditis Electorum & Ducum Saxoniæ in alterius Principis vel Statûs territorio celebratis, cum Dom. Arum. *in dict. disc. 5. ad aur. Bull. concl. 12.* Buxdorff. *dict. conclus. 94. lit. a.* quare si contrahens in alieno commoretur territorio, quin stare cogatur ex contractu ibidem celebrato coram judice extraneo, dubitandum non est,

44. haud quaquam † obstante jure non evocandi, cum non evocetur

ad

ad tribunal alterius loci, qui jam ibidem reperitur. Cæteroquin
† si præsens non sit, tantum abest citari & evocari eum posse, ut ex- 45.
pressis potius verbis id prohibitum sit *in aur. Bull. dict. tit. 11. in
verb. Civil* oder sonst andere Sachen an. Quin nec in jure commu-
ni fundatus est actor, reum extraneum ad judicem illius loci, in
quo cum ipso contraxit, evocare volens, † licet enim jura permit- 46.
tant Reum seu debitorem non solùm in foro domicilii, *l. 2. C. de
jurisdict. l. ult. C. ubi in rem actio.* sed etiam in foro contractûs vel
destinatæ solutionis, (paria enim hæc sunt, & locus destinatæ so-
lutionis est ipsemet locus, in quo dicitur contractum, *l. contra-
xisse 21 ff. de obligat. & action. l. 1. 2. & 3. ff. de reb. autor. judic.
possid. l. heres absens 19. § ult. ff. de judic.*) convenire, *dict. l. heres
absens 19. in pr. & § si quis tutelam 1. cum seq. ff. de judic. l. 1. ff. de eo
quod certo loco [illegible] 22. ff. si cert. petat.* attamen † quoad lo- 47.
cum contractûs non aliter hoc accipiendum est, quam si præsens
sit Reus, h. e. in loco inveniatur, absens vero ibidem conveniri &
ex loco domicilii avocari nequit, *dict. l. absens 19. in pr. cap. Roma-
nus, 1. § contrahentes, extr. de for. compet.* Bartol. *in dict. l. heres ab-
sens. § 2. ff. de judic.* Gloss. *in cap. licet ratione verb. contractus*, ubi &
Panorm. *num. 79. extr. de for. compet.* Matth. Coler. *de process. ex-
ecut. part. 2. cap. [illegible] num. 44.* Johann. Zanger. *de excep. dict. c. 1. n. 123.*
Andr. Gail. *lib. 2. observ. 36. n. 14.*

XXIX.

Quid † verò, si Camera testimonii dicendi causâ, subditos Ele- 48.
ctorum & Ducum Saxoniæ absque juris subsidio evocare & per
Commissarios examinari facere velit? Non convenit de hôc inter
Cameram & domum Saxonicam: Illa siquidem in praxi se fundat
communi, † quâ commissiones hujusmodi totâ die sub nomine 49.
& sigillo Cæsaris decernuntur, & Principum ac Statuum subditi
mediatè imperio subjecti, absque subsidio juris ad perhibendum
testimonium citantur & examinantur, Andr. Gail. *lib. 1. observat.
98. num. 2.* Dom. Arum. *in dict. disc. 5. conclus. 11. pag. 225.* Rut. Ru-
land. *de commiss. & commission. part. 1. lib. 5. cap. 4. num. 19.* Theod.
Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 7. n. 51.* adeò † ut licet 50.
quandoque Status contradixerint, mandata tamen sine clausula
à Camera fuerint impetrata, ut firmat præjudiciis Rutger. Ru-
land.

land. *dict. lib.5. cap.3. num.25.* idque vel ratione ſuperioritatis,
vel potius connexitatis cauſæ, ut autumat Theod. Reinking.
dict. c.7. num.50. ex quò fit, ut ſi principale negotium ad immedia-
tam Imperatoris vel Cameræ cognitionem pertineat, de connexis
etiam idem ſit habendum, Petr. Frider. Mindan *de contin. cauſ. c.3.*
num.ult. Johan. Gödd. *ad t.1. num.31. extr. de ſequeſt. poſſeſſ.* Sed ni-
mirum † ſtringit hæc praxis reliquos Imperii Status: Domus ve-
51. rò Saxonica contrariam allegat obſervantiam, & per hanc ſtylo
Cameræ communi ſe exemptam contendit, ut videre eſt ex man-
dato, quo D. Auguſtus Elector Conſiliarios ſuos ad Duces Saxo-
niæ ablegatos, Anno 1559. inter † alia hiſce inſtruxit formalibus:
52. Daß dem Cammergericht nicht nachgelaſſen würde unſere Unter-
thanen für ſich in ſolchen Zeugen-Verhörungen oder dergleichen
Fällen uns unerſucht / zu *citiren*, *Commiſſarien* zu ordnen / und der-
gleichen *actus immediatè* in unſern *territorio* fürzunehmen / ſondern
daß wir durch das Cammergericht / oder deſſelben *Commiſſarien* er-
ſucht wurden / auff die überſchickte Beweis-*articul*, unſere Unter-
thanen *examiniren* zulaſſen / und das Gezeugnüß alsdann verſie-
gelt dem Cammergericht zu überſenden. Denn ob gleich etliche
Stände des heiligen Reichs / ſo dem Cammergericht näher geſeſ-
ſen / ſolches nachlaſſen möchten / ſo wiſſen wir doch / daß es von un-
ſern Vorfahren im Hauſe zu Sachſen dem Cammergericht niemals
eingereumet worden / desgleichen wir von Ihr Liebde Vorfahren
auch nicht anders vermerckt / und achteten / daß an ſolchen dem
Hauſe zu Sachſen nicht wenig gelegen ſey / wie wir denn wiſſen /
daß auff dieſem jetzigen Reichstag ſolche Dinge wider das Cam-
mergericht / als ein ſonderlich *gravamen*, vorbracht / darüber be-
rathſchlaget / auch *protocolliret* worden / daß auff zukünfftigen *de-*
putation-Tag zu Speyer davon geredet / und wie ſolches zu endern /
53. geſchloſſen werden ſolte / etc. In † quâ obſervantiâ acquieſcimus; Tol-
lit ſiquidem hæc omnem ambiguitatem, Perez de Lara *anniverſ.*
cap.5. num.49. Alexand. Raudenſ. *conſil. 17. num. 44.* & quæ cer-
tam obſervationem habent, temerè mutanda haut ſunt, *l. minime*
ff. de legib. Erneſt. Cothen. *Reſpon. Academ. 27. n.38.*

CAP.

CAP. III.

Origo & fundamentum juris ac privilegii de non appellando quodnam?

XXX.

Sed hæc obiter quasi de jure non evocandi subditos ad extraneum tribunal: jam ad metam revertamur, † ubi primùm disquirere licet de origine & fundamento juris non appellandi in domo Saxonica. Hoc non altius à quibusdam repetitur, quàm † à Sigismundo Imperatore ab Anno 1423. prout colligunt ex verbis privilegii Sigismundini, quod datum est *Kesmarti* nach Christi Geburt im 1400. Und darnach im 23 Jahr an unser lieben Frawen tage *Annunciationis*. At cum mentio fiat hujus privilegii in aureâ Bullâ Anno 1356. Januar. 10. † ab Imperatore Carolo IV. promulgatâ, ultrò corruit hæc opinio. Nec privilegium istud Sigismundinum extremam principaliter concernit provocationem, † sed saltem jus non evocandi subditos ad extraneum tribunal confirmat, uti manifestum reddit privilegium Ferdinandinum *vers.* Es were auch unsers Vorfahren am Reich / weiland Keysers *Sigismundi* hochlöblicher Gedächtnüß *privilegium* verhanden damit seine Liebde als Römischer Keyser die Chur und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet / darinnen versehen / daß niemand des Hauses zu Sachsen Unterthanen für andere Gerichte ziehen und laden soll welches auch auff die *appellationen* iederzeit verstanden worden. Nimirum quod jam ante domui Saxonicæ † in gente Anhaltinâ per auream Bullam datum erat, id Sigismundus Imperat. in Misnensem anno 1423. transtulit saltem, & per occasionem novæ investituræ renovavit & confirmavit, † Fridericum è stirpe Misnicâ, Presburgi in Hungariâ de Electoratu Saxoniæ cum omnibus privilegiis ac juribus investiendo, mit allen ihren Rechten / Gnaden / Freyheiten / *privilegien*, Handvesten / die zu dem Hertzogthumb zu Sachsen von alters her gehöret. Per. Albin. *in Chron. Misnens. tit. 16.* Frider. Hortleder. *de caus. belli German. lib. 4. cap. 9.* Chytr. *in Saxon. lib. 2.* Fabr. *lib. 7. Orig. Sax.*

Margin numbers: 1. (line 2), 2. (line 4), 3. (line 9), 4. (line 11), 5. (line 19), 6. (line 21)

XXXI.

Recurrendum igitur † erit ad aur. Bullam, si primævam juris 7.

E hujus

hujus originem indagare lubeat; nec tamen in eâ subsistendum, cum fortius suppetat fundamentum, idque quadruplex: Sanctio nempè juris de non appellando pragmatica; Præscriptio temporis immemorialis; Conventio propria; & privilegium expressum.
8. Sanctionem † pragmaticam petimus ex prædictâ aurea Bulla *tit. 11. §.* Vnd ordnen wir hiemit ausdrücklich / quæ consensu Procerum & Statuum Imperii, Norinbergæ in solenni curiâ sive comitiis ab Imp. Carolo IV. fuit publicata, *proœm. dict. aur. Bull.* Petr. Heig. *lib. 1. quæst. 4. num. 10.* Thuan. *lib. 2. Histor. pag. 100.* Melch.
9. Goldast. *tom. 1. Const. Imp. pag. 101.* † Lex illa nobilissima & fundamentalis, Heig. *dict. lib. 1. quæst. 5. num. 2.* Freher. *in not. ad Petrum de Andlo, cap. 5.* nervus pacis publicæ firmissimus, Peucer.
10. *lib. 5. Chron. in Carol. IV.* † firmamentum & propugnaculum tranquillitatis in Imperio, Bernh. Zieritz *de princip. inter ipsos dignit.*
11. *prærogat. pag. 7.* Firmissima † Romani Imperii petra, super quâ etiamnum majestas & pax ejusdem tutò quiescit, Dom. Arum. *discr. 1. ad aur. Bull. conclus. 2.* cujus intuitu Carolus IV. minime pœni-
12. tendus Imperio Princeps censeri potest, Fab. *lib. 6. orig. Saxon.* † quem propriâ manu Bullam hanc composuisse, nonnulli opinantur, quod si fortasse non verius, attamen aureæ Bullæ decentius existimat Johan. Limn. *lib. 1. jur. publ. cap. 11. num. 81.* quàm cum Goldast. *in senior. lib. 3. cap. 19. num. 3.* Bartolo hoc adscribere, cum is tum temporis, quo publicata est Bulla, in vivis jam esse desierit,
13. Funccius *in Chronol. pag. 159.* Etsi verò in *dict. tit. 11. aur. Bull.* † solis Electoribus jus de non appellando censeatur indultum, Gerl. Buxdorff *ad aur. Bull. concl. 94. lit. c.* hóc ipsò tamen reliquos etiam Saxoniæ Duces inclusos esse, non inconcinnè infert D. Augustus Elector Saxoniæ in literis ad Cæsarem Ferdinandum I. pro impetratione privilegii expressi, Mens. August. Anno 1558. scri-
14. ptis, † hisce formalibus: Denn anfänglich ist es an dem / daß das Haus zu Sachsen ein Churfürstlich Haus ist / und derhalben alle die Gerechtigkeit / Herrligkeit und *prærogativen* billich hat / so den Churf. vermöge der Recht und güldenen Bulla gebüren. Quin &
15. cum verbis expressis † Carolus IV. Imper. id juris concesserit heredibus & successoribus Electorum, *dict. tit. 11. in fin. verb.* Deren Weltliche Erben / Nachkommen und Unterthanen / ecquis non Duces

cos Saxonicos ex familia & domo Electorali procreatos beneficii hujus participes factos, animadvertit?

XXXII.

Nititur † quoque secundò jus litis provocatoriæ nescium præscriptione temporis immemorialis, quâ tota domus Saxonica tueri se valet adversus provocantes, cum jam ducentos usque annos, & quod excedit, fuerit in quietâ juris non appellandi possessione, quô de ita † loquitur D. Augustus Elector Saxon. *in prædict. literis* ad Ferdinandum I. Imperatorem de anno 1558. Aus diesen und andern Vrsachen ist/ wie obgemeldt/ im Hause zu Sachsen über 100. Jahr und länger / auch weit über Menschen gedencken eingeführet/ gebraucht und gehalten worden/ daß man von der Chur- und Fürsten zu Sachsen Vrtheln/ Decreten und Abschieden nicht *appellire*, sondern es bey denselbigen ie und alleweg bleiben lassen. Non equidem † apud omnes expeditum, an jus hoc consuetudine immemoriali possit acquiri, cum sit majestatis ac superioritatis, *l.1.ff. à quib. appellar. non licet.* Johan. Bodin *lib.1. de republ. cap.10. num.160. supr. posit. 8.* quæ in æternum † non præscriptibilis, *cap. cum inter: extr. de consuet.* Chassan. *de glor. mundi. part.5. considerat.27. vers. & nulla civitas,* Anton. Fab. *in Codic. lib.3. tit.12. defin. 2. num.6.* Theod. Reinking. *de Regim secul. lib 1. class.2. cap.9. n.40.* de quô propterea inter Consiliarios Electoris & Ducum Saxoniæ multùm quondam fuisse disceptatum, meminit Andr. Knichen *de Saxon. non provoc. verb. jur. cap.2. num.59.* qui tamen affirmativam propugnat, † longissimi nempe, & quod memoriam fugit, temporis usum huic juri tuendo sufficere, cui adsentitur Just. Zinzeeling *de appellat. conclus.71. lit.a.* Rectè omninò, quia beneficium de non appellando concedi potest; quare non ergo præscribit *l.3. §. 4. ff. de aquâ quotid. l. 23. ff. de aquâ & aquâ pluv. arcend. l.3. C. vectigal. nova instit. non posse.* Cravett. *de antiq. temp. part.4. num. 129. q. 4.* Matth. Coler. *in cap. 4. num.65. extr. de præscrip.* Schurff. *cent.3. consil. 90. num.47.* Estque † præscriptio temporis immemorialis instar concessionis ex certâ scientiâ factæ, Schurff. *dict. loc. num. 48.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil.45. num.36.* Buxdorff. *dict. loc.* & vim † privilegii habet, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cap.43.* Ernest. Cothman *consil.79. num.72.* Regn. Sixtin.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

lib.1. de Regal, cap.5.n.139. Octav. Catheran. *decis.[illegible]* Theod.
Reinking *de reg. secul. lib.1. class.4. cap.2. num.[illegible]* Sed cum Andr.
Knich. *dict. loc.* hanc decisionem multis argumentis & autoritati-
bus luce veritatis donare studuerit, [illegible] impendisse videretur
23. operam, qui vel tantillum illustrando adduceret. Unicum † ad-
do, quod superioritati ac majestati nequaquam officiat hæc præ-
scriptio. Nec enim extremæ provocationis concessio inducit ex-
emptionem universalem, nec jus superioritatis tollit, quin semper
excepta videtur querela super denegatâ vel protractâ justitiâ, &
vel saltem causę in primâ instantiâ Imperatori & Camerę subjectæ
24. scrupulum hunc possunt diluere, Buxdorff. *dict. loc.* Quin & † Re-
gâlia ac Reservata Imperatoris, temporis immemorialis præscri-
ptioni supposita esse, firmant *Recess. Imperii August. de anno 1548.*
Vnd sol unser. §. Wenn auch ein Außgezogener. & §. Wo aber in-
nerhalb Menschen gedencken. Bocer. *de Regal. cap.4. num.45. &*
seqq. Vult. *de feud. lib.1. cap.9. num.21.* Henr. à Rosenthal *de feud.*
25. *cap.5. concl.16.* Andr. Gail. *lib.1. de pec. publ. c.6. num.11.* idq; † mo-
nendum duxit D. August. Saxon. Elector *in prædictis literis; ibi.*
Welche eingeführte Gewonheit / weil sie sich weit über Menschen
gedencken erstrecket / auch in denen Zöllen / so der Keyserlichen Ho-
heit sonderliche *reservata* und *regalia* seyn / Krafft und Macht ei-
26. nes ausdrücklichen *privilegii* und Befreyhung hat. Eoque † mi-
nus in casu præsenti de eo ambigendum, quia non modò patien-
tia accessit Impp. non contradicentium protestationi de hoc ju-
re, quando in Comitiis de Ordinationis Cameralis correctione
est actum, quin potius clausulam (salvo ipsorum jure) ad illorum
instantiam inseri, Ord. Cam. *part.2. tit.28. in fin. pr.* idque in pro-
27. tocollis Imperii Mogunt. adservatis annotari permittentium, †
ut videre est in privilegio Ferdinandino, *vers.* Wann von Verbes-
serung der Cammergerichtsordnung gehandelt / &c. Sed & jus istud
præscriptione temporis immemorialis acquisitum Carolus V. Im-
28. per. disertè confirmavit, † de quô non modò jam allegatum pri-
vilegium Ferdinandinum, *vers.* Es hette auch weiland seiner lieb-
den Bruder / &c. sed etiam mandatum Electoris ac Ducum Saxo-
niæ D. Francisco Kram, Abraham à Bock, & Johanni Wel-
sen ab Obernitz, ad Cameram Imperialem pro insinuando isto pri-

vile-

vilegio ablegatis, sub dato 18. dec. Anno 1559. exhibitum, fidem facit, *verb.* Es wissen sich Cammerrichter und Beysitzere wol zu 29.
erinnern/ daß es ie und allewege über Menschen gedencken also eingeführet und herbracht/ und durch unsere Vorfahren im Haus zu Sachsen erhalten/ daß darinnen von Vrtheln/ Decreten und Abschieden so von den Chur und Fürsten zu Sachsen gesprochen/ nicht *appellirt* werden möge/ inmassen denn solche *appellation* niemals gestattet und nachgelassen worden; So hette auch die Keys. Majest. Keyser Carl hochlöblicher Gedächtnüß auff damals der Chur und Fürsten zu Sachsen ansuchen/ geschrieben/ daß das Cammergerichte das Haus zu Sachsen wider die erlangte Gerechtigkeit nicht beschweren wolte/ ꝛc. Quis ergò præscriptionem temporis immemorialis, patientiâ pariter & consensu Imperatoris confirmatam, impugnare ausit?

XXXIII.

Succedit tertiò † propria conventio, fundamentum extremæ provocationis æquè firmum. Consensu enim ac voluntate Sta- 30.
tuum provincialium, eorumque subditorum, jam dudum à Serenissimis Electoribus & Ducibus Saxoniæ constitutionem peculiarem & Legem de non appellando sub pœnâ proscriptionis fuisse promulgatam, adeoque propriâ conventione & pacto subditos hoc jure teneri, † discere licet ex sæpè allegatis literis *D.* Augusti 31.
Electoris Saxon. ad Imperatorem Ferdinandum I. Anno 1558. scriptis, quæ inter alia hæc habent: Darüber haben auch meine und der andern Fürsten zu Sachsen Großeltern und Vorfahren vor vielen Jahren eine Landesordnung mit gemeiner Stände/ Grafen/ derer von der Ritterschafft/ Städte/ und anderer Vnterthanen Bewilligung auffgerichtet/ darinnen sich berührte Stände aller *appellationen* und Beruffens ausdrücklich bey Poen der Acht verziehen und begeben. Hujus † constitutionis meminit etiam privi- 32.
legium Ferdinandinum, *vers.* Darauff denn die damals regierende Chur und Fürsten zu Sachsen eine LandesOrdnung mit gemeiner Stände ihrer Landschafft Bewilligung auffgerichtet und *publiciret*, darinnen die *appellationen* und Beruffungen von Ihrer Liebden bey Poen der Acht verboten. Estque hæc † ipsa Constitutio illa 33.
Wilhelmi III. Ducis Saxoniæ, promulgata Weissenseæ *Domin. post Epiphan. ann.* 1446. cujus tenor inter alia hæc suppeditat verba: So haben wir gesatzt und bestellt/ daß förder mehr kein Ein-

 wohner

wohner unserer Lande/Herrschafft und Gebiete/niemands vor kein ausländisch Gerichte / es sey geistlich oder weltlich/ ziehen oder fodern sol/ umb keinerley Sache / wie die seyn mag. *Et art. 6.* Were es nun/ daß iemand/ wer der wer/ in unsern Landen / Herrschafften und Gebieten wohnhafftig/ sich an Recht vor geistlichen oder weltlichen Gericht/ in den Landen/ inmassen obberühret ist/ nicht genügen lassen / sondern davon beruffen/ oder sonsten ausländische Gerichte wider die unsere suchen würde / derselbe sol von stund an als ein Echter des Landes gehalten werden / und sol förder nimmermehr in unsere Lande kommen/sondern die ewiglichen reumen/ und durch keinen Weg wider eingenommen werden/ und leglicher mag sich zu denselben und zu seinem Gute halten/ mit recht ohne alles hindernüß / als zu unsern und unserer Lande rechten Echter. Nec
34. dubitet † quisquam de subsistentiâ hujus constitutionis, quæ consensu ac voluntate Statuum provincialium & subditorum promulgata fuit, quia beneficio appellationis pacto seu conventione renunciare licet, *l. ult. §. ult. C. de tempor. appellat. l. tale pactum, §. qui provocavit. ff. de pact. l. 1. §. si quis ante. ff. à quibus appell. non licet. Ordin. Cam. part. 2. tit. 28.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. sect.*
35. *4. num. 146.* Surdus *decis. 188. num. 5.* & inducit hujusmodi † pactum autoritatem rei judicatæ, ob mutuum consensum, magisque firma censetur hoc in casû remotio appellationis, quàm si per Principem intercedat, cum quis faciliùs sibi pacto præjudicare possit,
36. siquidem † tertio Princeps defensionem tollere nequit, *Dd. in l. ult. C. de tempor. appellat.* Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. verb. jus c. 2. n. 109.*

XXXIV.

37. **Fortius tandem prioribus desumitur † fundamentum juris de non appellando, ex privilegio Ferdinandino, cujus tenorem exhibet Ayrer, *part. 2. processf. cap. 4. observat. 2.* & post eum Johan. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 10. num. 41.* quod quidem à solo Electore**
38. **D. Augusto, attamen † nomine totius Domûs Saxonicæ petitum, & ab Imper. Ferdinando I. sub dato 2. Maji Anno 1559. in Comitiis Augustanis impetratum fuit, ut legere est in mandato, quo Serenissimus Elector Consiliarios suos ad Duces Saxoniæ die 12. Octobr. Anno 1559. ablegavit, *ibi:* Und sich aber jüngsten der Fall / wie**

wie Ihre Liebden wüsten/mit der vorigen Keyserl. Majest. *resignation*, und dieser letzigen Annehmung zugetragen/ als wir denn derhalben gegen Franckfurth neben andern Churfürsten erfodert/ so hetten wir daselbst allerley Gelegenheit ersehen/ und bey der Keyserlichen Majestät umb ein *Privilegium*, so zu Bekräfftigung und Stärckung obberührter Gerechtigkeit/ nicht allein uns und unsern Erben/ sondern auch Ihre Liebden und derselbigen Erben/ und also dem gantzen Haus zu Sachsen zu gut gelangen möchte/ angesuchet. *Et postea:* Weren auch mit demselben von Ihr Majestät begnadet/ und uns dasselbige zugestellet worden/ darvon übersenden wir Ihrer Liebden Copel/ und stellen darüber in Ihrer Liebden Bedencken/ ob sie eine andere glaubwürdige *vidimirte Copei* bey uns davon wolten verfertigen lassen/ die weren wir Ihrer Liebde einzustellen und folgen zu lassen erbötig. Manifestum inde redditur,† 39.
privilegio hoc Ferdinandino, jus extremæ provocationis, Domui Saxonicæ jam antea quæsitum, corroborari ac confirmari, Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. privilegium. in pr.* ex quo enim confirmatio semper aliquid præsupponit, sub quo intercedat, *l. Aurelius, 28. §. testamento ff. de lib. legat.* Bald. *in l. nominationis. circa fin. C. de appellat.* Tib. Decian. *vol. 1. Respons. 22. num. 31.* non potuit non Imper. attendisse jus prius quæsitum, † cujus tamen benefi- 40.
cium propterea haut nuncupationem privilegii amittit, quod & hoc nomine designandum, quando juri quæsito Imperatoris assensus accedit, quippe, qui omnia sua facit, quibus suam impertitur autoritatem, *l. 1. §. ult. C. de vet. jur. enucl.* Rol. à Valle *vol. 1. consil. 86. n. 25. & seqq.* Andr. Knich. *dict. verb. privilegium. n. 5.*

XXXV.

Ex quo porrò liquescit, haud † novum tribuere Privilegium 41.
confirmationem Ferdinandinam, ut quidam fuerunt opinati, nempe de non recipiendâ appellatione, cum prius de non appellando jam antea competierit: quorum errorem notat Just. Zinzerling *de appellat. conclus. 70. lit. c.* & post eum Limn. *dict. cap. 10. num. 42.* Nec tamen frustra confirmatio petita & impetrata fuit. Dubitabatur enim (1.) † à Consiliariis Saxonicis, num valeat im- 42.
memorialis consuetudo, quâ acquisitum asseritur jus litis provocatoriæ nescium: quem scrupulum ut removerent, unanimi voto

voto consuetudinis fulcrum privilegio Imperatoris munitum pe-
ti, necessum duxerunt: innuit hoc luculenter prædictum instru-
ctionis mandatum Electorale, ablegatis ad Duces Saxoniæ tradi-
tum, *in verb.* Nichts desto weniger aber/ were uns gleichwol im
Wege gelegen/ daß wir berichtet/ als solte zu recht *disputir*lich seyn/
ob eine solche Gerechtigkeit des nicht *appellirens* durch eine verjähr-
te Gewonheit ohne ausdrückliche *concession* des OberRichters ein-
43. geführet werden möchte. (2.) † Nec omnes consuetudine istâ se
obligari credebant, quin potius ei contravenire maximopere
contendebant, quorum malitiæ expresso occurrere privilegio, u-
tile visum fuit, ipsissimet privilegii verbis innuentibus: Daß sich
gleichwol in newlicher Zeit solche des Hauses zu Sachsen wol her-
gebrachten/ und aus obgemelten vernünfftigen rechmessigen Vr-
sachen erlangten Gerechtigkeit zu wider/ etliche unruhige Leute sich
freventlich unterstanden/ von seiner Liebden und deren Vettern Vr-
44. theln und *decretis* zu *appelliren.* (3.) † Et quis nescit, tutius pluri-
bus quàm uni solùm incumbere fulcro, quod etiam privilegii fa-
ciunt verba: Damit aber gleichwol seine Liebde und die andern
Fürsten zu Sachsen desto mehr Vrsach hetten/ solch ungebührlich
45. Fürnehmen abzuwenden 2c. (4.) † Prælertim cum Electorum
consensu hoc privilegium fuerit indultum, ex quô nemo non ful-
crum juris non appellandi fortissimum judicaverit: de quô ita
D. Elector Augustus in sæpè allegatâ instructione: Weil auch die
Dinge den Churfürsten zu berathschlagen untergeben/ welcher *con-
sens collegialiter* geschehen müssen. *Et postea:* Vnd hetten dem al-
len nach auff das *decret*, so die Churfürsten zu Franckfurth geben/
und der Keyserl. Majest. überantwortet / dieses ietzigen Reichsta-
ges bey Ihrer Majestät ferner umb Verfertigung berührtes *privi-
46. legii* angelanget. Cum enim † multa sint perpendenda in conces-
sione tàm eminentis privilegii, Luc. de Penna *in l. privata num. 2.
C. de excusat. muner. lib. 10.* non omittendus videbatur consensus
Septemvirorum, ut vel saltèm præcederet causæ cognitio, quæ in
confirmatione desideratur, Andr. Knich. *in dict. verb. privilegium
47. num. 11.* (5.) † Ac ne tandem quicquam roboris deficeret, defini-
ta est in privilegio Ferdinandino certa mulcta transgressoribus,
qui ad prohibitam convolant appellationem, puta centum marca-
rum

mm auri puri, hundert Marck lötiges Goldes/ ut verba ipsius habent, quæ vel sola de usu ac necessitate hujus privilegii ambigentibus silentium perpetuum imponit.

XXXVI.

Et quid anxiè de usu & effectu confirmationis laborandum, postquam † & ipsum Privilegium Ferdinandinum à subsequentibus Impp. specialiter verò ab Imp. Rudolpho II. sub dato 14. Julii Anno 1600. fuerit confirmatum: quin † & singula quæq; Principum ac Statuum Imperii jura & privilegia à recens electo Rege Romanorum & Imperatore repeti ac confirmari, ex Capitulatione Cæsareâ luculenter innotescit, §. Und in allewege sollen und wollen wir. *vers.* Und ihnen darzu ihre *Regalia*, Obrigkeit/ Freyheit/ *Privilegien*, &c. in guter beständiger Form/ ohne alle Wegerung *confirmiren* und bestetigen/ sie auch darbey/ als Römischer König/ handhaben/ schützen und schirmen/ rc. Sleidan. *lib. 1. comm pag. 28.* Melch. Goldast. *polit. Imp. tom. 2. de anno 1519.* & Anno 1562. & in *polit. Imper. part. 12.* de anno 1575. Nimirum † licet confirmationes privilegiorum necessariæ non sint, cum alioqui datum & confirmatum non egeat successoris confirmatione, Rol. à Valle *consil. 13. num. 32.* Felin. *in cap. 1. extr. de probat.* Hieron. Maril. *ad l. quoties C. de Rei vendic. num. 140.* & is quoque, cui per electionem sceptrum Imperii defertur, pactis & conventionibus Antecessorum, quæ ratione officii Regii initæ fuerunt, obligetur, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 154.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 7. de Republ. c. 12. num. 1.* Christ. Besold. *de Success. Reg. lib. 3. dissert. 2.* Anton. Peregr. *de jur. fisci. lib. 2. fol. 109.* nihilominus † cautelæ & securitatis majoris ergò, impetrari solent, Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jus. verb. electorum c. 2. n. 202.* Limn. *dict. c. 10. n. 44.* nec nocent superflua, estq; abundans cautio non nocumento, sed documento, *argum. l. 81. ff. de Reg. jur. l. 22. § 6. ff. de aur. & arg. legat.*

(margin: 48. 49. 50. 51.)

XXXVII.

Diximus posit. 35. privilegium Ferdinandinum voto ac consensu † Electorum emanâsse, quem Capitulatio Cæsarea, quâ ad conservationem Ordinationis Cameralis Imperator obstringitur §. Wir wollen auch in dieser unserer Zusage rc. exposcere videbatur; ex quô privilegium illud instar pragmaticæ sanctionis 52.

ob-

obligat litigantes in foro Electorum ac Ducum Saxoniæ; siquidem † actus celebratus ab Imperatore cum consensu Electorum,
53. absque dubio, Constitutionis generalis vim obtinet, Ludolph. Schrad. *de feud. tom. 2. part. 10 sect. 3. n. 179.* Andr. Knich. *in dict. verb.*
54. *privilegium. num. 14.* Dubium hinc vertitur, † an consensus Septemvirorum ad renovationem quoque & confirmationem privilegii præcisè sit necessarius? De quò disceptatum fuit in aulâ Cæsareâ Anno 1600, cum ab Imp. Rudolpho II. Pro. Elector Saxoniæ D. Fridericus Wilhelmus, nomine totius Domûs Saxonicæ extensionem ac declarationem peteret Privilegii Ferdinandini: Non equidem sine consensu Electorum petito deferendum, ac Privile-
55. gium declarandum, † arbitrati fuerunt Consiliarii Cæsaris, quorum responsum D. Johan. Georg. Gödelmannus hoc nomine ad Imperatorem ablegatus, in scripto quodam sub dato Pragæ 28. Junii Anno 1600. hisce formalibus retulit: Und weil weiland Keyser Ferdinand Christmilder Gedächtnüß das *Privilegium* mit einbewilligung aller Churfürsten / dem Haus von Sachsen gegeben / so müsse nothwendig ietzo die gesuchte *extension*, Verbesserung und Erklärung gleicher gestalt mit derselben Churfürsten allerseits *rati-*
56. *fication* geschehen. Aliter † verò sensisse de hôc Consiliarios Archiepiscopi Electoris Moguntini, cum quibus in conventu Deputatorum Spirensi Anno 1599. desuper fuit deliberatum, docent literæ Consiliariorum Saxonicorum Georgii Ulrici ab Ende, D. Johan. Badehorns & Humpert à Langen ad Comitia illa ablegatorum, quibus sub dato Speyer d. 10. Junii, ejusdem Anni ad Dn. Pro Electorem ita rescribunt: So hielten sie (die Meintzischen Räthe) dafür / weil es alleine eine Ernewrung des vorigen *privilegii*, und der darinnen beschehenen Bewilligung sey / und nur das jenige / was zuvor darinnen verordnet und *concediret*, mit etlichen hierzu dienlichen Erleuterungen und Zusätzen erkläret / verbessert / und bestetiget werden sol / daß es vielleicht des Churfürstlichen *Collegii* sonderbare Einwilligung darzu nicht bedürffen möchte / sondern Ihre Majest. *ex plenitudine potestatis* dasselbige thun / und wie Ihre Maj. erwehntes *privilegium* dem Chur- und Fürstlichen Haus Sachsen vor diesem gegeben / also auch solches erklären könte.

38. Neu-

Neutrum displicuit † Harmann. Pistoris Consiliario Electorali Saxonico, qui à Dn. Pro-Electore requisitus, in scriptò quodam sub dato Seuseliz 10. Jan. Anno 1600. distinctionis fœdere hasce opiniones conciliare annisus est; An nempè extensiones ac declarationes novi aliquid inducant, quod vel privilegio adversatur, vel de quò nec tacitè nec expresse privilegium loquitur; an verò nuda petatur interpretatio seu declaratio, quæ in primâ dispositione ac privilegii intellectu subsistat? Casu priori, consensum Septemvirorum præcisè adhibendum, largitur Consiliariis Imperatoris Hart. Pistoris: Posteriori verò † casu omninò assentitur Consiliariis Moguntinis, subsistere nempe confirmationem Imperatoriam absque voto & consensu Electorum, propterea quod ejus sit declarare, qui dixit: Ob aber wol nicht ohne/ (verba sunt Pistoris) daß das *privilegium* mit Einwilligung aller Churfürsten gegeben; Weil es aber ietziger Zeit nicht umb etwas Newes / sondern allein umb die Erklarung dessen / was unter den Worten des *privilegii* ohne des begriffen / zu thun ist / so kan solche Erklärung von der Keyserlichen Majest. alleine/ ohne verwissen der Churfürsten/ wol geschehen. Quod & convenit juri † communi, quò privilegiorum interpretatio ad ipsum Principem tanquam autorem pertinet, *l. ex facto 43. ff. de vulgar. & pupill subftit. l. Neratius 191. ff. de reg. jur. l. ult. C. de lib.* Johan. Azor. *instit. moral. lib. 5. cap 23. in pr. part. 2.* Decian. *consil. 101. num 7.* Treutler. *consil. 59. n 3. & seqq.* in quâ † sententiâ Hart. Pistoris eò magis subsistit, quod viderat, Electori Brandenburgico renovationem privilegii de non appellando ab Imperatore Rudolpho II, irrequisito quantumvis Electorum consensu, haud denegatam fuisse. Quæ licet ita se habeant, tunc temporis tamen Domus Saxonica petitam declarationem expressam obtinere haut potuit.

(Margin: 57. 58. 59. 60.)

CAP. IV.

Quæ Causæ & Rationes Privilegii de non appellando?

XXXIX.

Quàm enixè Serenissimi † Electores & Duces Saxoniæ pro consequendo jure ac privilegio extremæ provocationis laboraverint, 1.

quantisque vigiliis id impetraverint& conservaverint, ex jam dictis perspicuum est. Cur ita? Miretur aliquis, summorum judi-
2. ciorum † Cæsareæ Majestatis & Cameræ Imperialis, ad quæ causæ per appellationem à Statibus Imperii devolvuntur, autoritatem pariter & dexteritatem perpendens, quæ hinc potius venerari, quàm de iis quicquam sinistri licet suspicari, præsertim cum
3. Camera Imperialis non modò Cæsareæ Majestatis, sed & † Statuum Imperii personas simul repræsentet, suamque jurisdictionem à toto Imperio obtinuerit, *Recess. Imper. de Anno* 1541. §. Und damit ausserhalb. *Recess. Wormat. de Anno* 1495. *in pr.* Matth. Stephan. *de jurisd. Imper. Roman. lib.2. part. 1. cap 3.* Münster. *lib. 3. Cosmograph. fol.* 691. Georg. Schönborn *lib.5. polit. cap.50.* Est-
4. que judicium Camerale † perfectissimum justitiæ lumen & columen, Asylum collitigantium oppressorum, domesticæ disciplinæ, Legum, morum, totiusque Reipublicæ propugnaculum & incorruptissimum judicum Imperii dicasterium, ut ait Ventur. de Valent. *in parthen. litigios. lib.1. cap.16. num. 4.* Habeat jam licet Gallia septem Parlamenta à Philippo Pulchro Anno 1204. in-
5. stituta, † scilicet: Parisiense, Tholosanum, Burdegalense, Gratianopolitanum, Divionense, Aquense & Rotomagense, Petr. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. jur. univers. lib.47. cap.27. num.6. & 9.* Habeat quantumvis etiam Angliæ Regnum tria nobilissima tribunalia, Thom. Smith. *lib.2. de Republ. Angl. cap.12.* cum hisce tamen omnibus Camerale judicium certare posset, Dom. Arum. *in disc.5. ad aur. Bull. conclus.* Quid ergò rei, quod Domus Saxonica id detrectet?

XL.

6. Scrupulum hunc † ut diluamus, causas & rationes juris ac privilegii de non appellando indagare lubet; nec enim frustra & otiosè, sed ex maturâ causarum cognitione Domum Saxonicam juri huic intentam fuisse existimandû est, indigitante D. Augusto Electore Saxoniæ, in literis supplicatoriis pro obtinendo hoc privilegio Imper. Ferdinando I. in Comitiis Francofurtanis 1. Maji Anno 1558. exhibitis, ibi: Daß aber von meiner Vorfahren der Chur- und Fürsten zu Sachsen Vrtheln und Decreten / an das Cammergerichte zu *appelliren* nicht gestattet und nachgelassen wor-

worden/ ist aus sonderlichen/ und nach Gelegenheit des Landes unvermeidlichen Ursachen eingeführet/ und über Menschen Gedencken erhalten worden/ rc. In harum † enodatione mirè variant Doctores & Politici: Sed nos inhærebimus iis, quas prædictæ Electorales literæ, ipsumque privilegium Ferdinandinum suppeditat: Estque † PRIMA, Cura & sollicitudo Serenissimorum Electorum & Ducum Saxoniæ singularis in administratione justitiæ & benè constituendis judiciis, Dicasteriis & Curiis, quibus sine periculo & suspicione confidendum: quam innuit privilegium Ferdinandinum *hisce verbis*: Zudem hetten auch vor vielen Jahren/ und über Menschen Gedencken/ Seine Liebde/ und derer Vorfahren die Chur- und Fürsten unterschiedliche Gerichte in ihren Landen geordnet und gehalten/ die auch seine Liebde/ und die andern Fürsten nochmals also hielten/ rc. Credidit † enim Cæsarea Majestas, in Electorum & Ducum Saxoniæ territorio, exploratâ eorum diversorum Exedriorum varietate & justitiæ celeri administratione, non aliter judicari, ac si vel in aulâ vel Camerâ Imperiali, etiam admisso provocatorio judicio vel alio remedio, causæ finirentur, quare placita eorum sancta & inviolata custodienda & servanda edixit, Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. in verb. privilegium. num. 15.* Just. Zinzerling *de appellat. conclus. 70. lit. e.* Nam cum † olim D. Hadrianus Senatui, *l. 1. §. 2. ff. a quibus appellar. non licet*; Cujac. *in recitat. l. 6. C. de appellar. pag. 781.* Zinzerling *dict. loc. conclus. 66. lit. a.* & Justinianus Imperator magnificis judicibus suis privilegium de non appellando concesserint, *l. in offerendis 37. C. de appellat.* Gerlac. Buxdorff. *ad aur. Bull. conclus. 94. lit. c.* cumque † octo Curiæ majores Francorum, quatuor Hispanorum, Rota Romanorum, Quadraginta Venetorum, Curia Neapolitana, Mediolana, pleraque judicia tùm publica, tùm privata disceptent ac definiant extra provocationem, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 20.* quidni hodiè Cæsarea Majestas idem juris tribuere potuisset Domui Saxonicæ? Nimirum singularis industria, fidesque ejus explorata hanc prærogativam requirere videbatur.

7. 8. 9. 10. 11.

 41. Im-

12. Imprimis † verò quoad Sereniſſimos Saxoniæ Electores,
non minimam Secundo cauſam dedit huic privilegio, Magnificentia eorundem, nec non cura & ſollicitudo pro rebus Imperii, quæ vel ſola tantam gratiam, tantumque favorem promeruiſſe cenſetur: quam cauſam D. Auguſtus Elector in prædictis literis ſupplicibus ad Imp. Ferdinandum I. ſcriptis, hiſce conſignavit verbis: Dieweil dann in der güldenen *Bulla* unter der *Rubricâ* von der Churfürſten Freyheit; die Churfürſten ſonderlich damit *privilegiret* ſeyn/ daß von ihnen nicht ſol *appelliret* werden: So haben ſich auch meine Vorfahrē ſolcher *dignitet* des Churfürſtlichen Stan-
13. des billich gehalten ꝛc. Laborant † ſcilicet ſuis conſiliis, ſuisq; laboribus pro orbe Romano die noctuq; Septemviri Electores, in ſollicitudinis, curarum, conſiliorum & laborum partem ab Imperatore aſſumti, *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 7. & tit. 12. in pr. tit. 26.* Quidni ergo culmen aliquod præcipuum præ aliis haberent? cum Imperialis fortuna omnes alias ſupereminear, *l. 7. C. de bon. quæ liber.*
14. † Et cum olim à Præfectis Prætorio appellare non licuerit, propterea quod Princeps credidit, eos pro ſapientiâ ac luce dignitatis ſuæ non aliter judicaturos eſſe, quàm ipſe foret judicaturus, *l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. Prætor. l. un. C. de ſent. præf. Prætor. l. ult. §. 5. C. de temp. appellat. l. 35. C. de appellat.* Caſſiod. *c. 3. lib. 6. variar.* Buxdorff.
15. *dict. concluſ. 94. lit. c.* Cur † non idem concederetur Electoribus ſapientiſſimis, qui autoritate & poteſtate Præfectis Prætorio cenſentur æquales, iisque æquiparantur, Peucer. *lib. 5. Chronic. tit. de Statu Imperii poſt Frider. II.* Dom. Arum. *in diſc. ad aur. Bull. concluſ. 13. pag. 228.* Johan. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 2. num. 69.* Matth.
16. Weſenb. *conſil. 40 num. 46. & conſil. 46. num. 2.* † Non equidem eſt hæc comparatio ad guſtum Zinzerlings *de appellat. concluſ. 70. lit. c.* & abſurda videtur Andr. Knichen *de Saxon. non provocand. jur. verb. jus. c. 3. num. 43.* ſcilicet quod longè auguſtius ſit faſtigium Electo-
17. rale, quin & in heredes tranſitorium. † Sed ſcire debuiſſent, comparatorum & ſimilitudine ſe attingentium non hanc eſſe affectionem, ut in omnibus & per omnia ſibi ſint conſimilia, ſed ſaltem in aliquò tertiò; Conveniunt ergò Sereniſſimi Electores Imperii cum Præfectis Prætorio vel ſaltem Regiâ dignitate ſummâ-

nique potestate, Petr. Heig. *part.1.quæst.4.num.14.& seqq.* Limn. *lib.1.c.8. num.69.* Nec † quemquam hanc comparationem vitio 18.
nobis versatum crediderim, postquam ea non displicuerit ipsimet Saxoniæ Electori D. August. in prædictis literis ad Cæsaream Majestatem ita scribenti: Wie denn auch solche Befreyung einem Churfürsten zu Sachsen nicht weniger/als einem *Præfecto Prætorio* nach gemeinen Keyserlichen Rechten billich gebühret und zustehet.

XLII.

Tertia hujus † privilegii causa est verisimilis ignorantia juris Saxonici, quam illi, qui in aulâ Imp. aut etiam in Camerâ Imperiali adsident, habere præsumuntur, Dom. Arum, *in disc.5. ad aur. Bull. tit.15.p.230.* Petr. Heig. *lib.1.q.4.num.41.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib.1.c.5.num.15.* Non † enim ex speculo juris Saxonici hoc jus addiscere licet, multo minus ex consuetudinibus Saxonum antiquis, ex quarum sunt numero, ut Suevicæ mulieres ab omni successione in terris Saxoniæ excluderentur: Ut Saxoni super quocunque facto extrajudiciali, de quô testimoniis plenissimè erat convictus, permitteretur innocentiam juramento purgare: Utque Saxo reprehendere posset sententiam adversus se latam, modò eam dixisset iniquam & adversarium ad duellum provocasset. † Quas consuetudines, licet irrationabiles, Carolus Magnus immutatas reliquit propter duritiem cordis eorum, Albertus Crantz *lib.2.Saxon. cap.21.* sed sola † observantia de jure Saxonico aliquem informare potest, quippe cujus dispositio eatenus saltem valet, quatenus consuetudine & observantiâ est recepta, ut passim monet, & bene inculcat Hart. Pistor. *in quæstionibus suis:* Utque aliàs observantia † in foro recepta multam ponderis habet, ac studiosè tenenda est, *arg.l.3.C.de ædif.privat.* Octav. Cacheran, *consil.2.num.10.* Decius *consil.119.num.2.* Alexand. *lib.4.consil.117.num.10.vers. & ita se habet communis opinio &c.* ita quoque juris Saxonici autoritas non tàm ex verbis, quàm usu & observantiâ æstimatur, Hartm. Pistor. *part.2.quæst.13.in fin.* Andr. Rauchbar. *lib.1.quæst.37.num.28.* Petr. Heig. *lib.2.quæst.17.num.44.* Hæc autem cum in foro Saxonico subsistat, vix innotescere potest iis, qui alibi commorantur, & judiciis locorum extraneorum præsunt.

43. Scio

24. Scio equidem, † hanc rationem minus probabilem videri Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. jur. c. 3. num. 28.* Just. Zinzerling *de appellat. concl. 70. lit. d.* Johan. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 11. num. 46.* Balth. Kauxdorff. *in disp. inaugur. de priv. Elect. Saxon. de non evocando & non appellando th. 9.* quorum tradita & nos deosculati fuimus *in comment. ad Leg. Reg. Germ. c. 9. sect. 3. num. 20. & seqq.*
25. propterea, † quod etiam in Camerâ & quôvis summô judiciô judicetur secundum Statuta, jus & consuetudines inferiorum tribunalium, Ordin. Camer. *part. 1. tit. 57.* Andr. Gail. *lib. 1. observat. 36. num. 14.* inque distributione actorum in Camerâ ad hoc attendatur, ut † inter duos Referentes alter sit juris Saxonici gnarus: ex
26. quô si plures in Camerâ præsententur Assessores, Originarii cujuslibet circuli præferantur extraneis, Joach. Mynsing. *centur. 4. observat. 31. ex Ordin. Cam. part. 2. tit. 4.* Zinzerl. & Limn. *loc. allegat.* ut hinc juris Saxonici ignorantia nequaquam prætendi, nec privilegium de non appellando defensare queat: præsertim † quod
27. ex hâc ipsâ ratione in aliis quoque provinciis, in quibus adhuc vel in totum, vel ex parte saltem superest jus Saxonicum, appellationes sublatas, dicendum esset, Zinzerling *dict. lit. d.* Sed egregiam ut hæc habeant speciem, non certè intercutaneam: Modò namque
28. † diximus, & verè diximus, toto interpp. Saxonicorum choro consentiente, ex solâ observantiâ jus disci Saxonicum, quæ pro ratione temporis, Status ac personarum multùm variat, & nunquam tàm firma, ut non contrariâ alteretur consuetudine & observantiâ. Sit jam unus in Camerâ Imperiali, observantiæ hesternæ gnarus, num propterea hujus perpetuitatem sibi poterit polliceri? Et
29. num † unus tanto in judicio tantâque de causâ, quæ ut plurimum magni est præjudicii, judicando sufficiens? Quid etiam si absens vel morbo detentus non adesset? Nunquam non litigantes periclitari, verè existimaveris. Ut † maximè quoque aliis in locis jus
30. vigeat Saxonicum, deest tamen iis autoritas Cæsarea, sanctioque privilegiata, quæ neutiquam extendenda, quantumvis similis vel eadem prorsus subsit ratio, Dd. *in L. ult. C. de const. Princ.* Curtz. *consil. 5. in pr.* Et † cur tandem in dubium vocanda hæc ratio, post-
31. quam ipsemet Elector D. Augustus privilegium de non appellando petens

petens à Ferdinando I. Imperatore, expressissimis verbis in eâ se fundaverit: Zu dem Ew. Röm. Keyserl. Majest. wissent / daß das gantze Haus zu Sachsen mit einem sonderlichen Rechte / welches man das Sächsische Recht nennet / von Römischen Keysern und Königen / Ew. Röm. Keyserl. Majest Vorfahren *privilegiret* und begnadet; Nun ist solcher Sächsischen Rechte Verstand durch hergebrachte Gebräuche und langwierige übung in meiner Vorfahren / meiner Vettern und meinem Lande / des mehrentheils erkündet worden / derowegen auch solch Recht auswertigen Gerichten und Vrthelsfassern unbekant ist / daß also derwegen *appellationen* an das Keyserliche Cammergericht / als an ein ander Gerichte /
so des Brauchs nicht berichtet / gantz gefährlich seyn. Ambigant † jam ut velint Zinzerl. & Limn. num causa hæc sit principalis, vel Litem concurrens & adjuncta, satius nobis est verbis Electoralibus inhærere, quàm cum iis de rationis veritate titubare, maximè 32
† cùm hanc ipsam quoque privilegio Ferdinandino videamus insertam, *vers.* Das Haus zu Sachsen mit einem sonderlichen Recht / welches man das Sachsen Recht nennet / von Römischen Keysern und Königen unsern Vorfahren *privilegiret* und begnadet. 33

Quarta succedit ratio, quæ † est plurium in provinciis Electorum & Ducum Saxoniæ instantiarum cumulatio; Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. jus. c. 3. n. 36.* Just. Zinzerling *dict. concl. 70. lit. f.* Limn. *dict. c. 10. n. 37.* Unde fit, ut gradatim in hisce terris provocetur, primò ad Curias & postea ad Serenissimum Electorem, atque hinc porrò ad Imperatorem vel Cameram appellare opus planè non sit, nec jure fieri poterit, cum tertiò non 34
liceat provocare. De quo † ita loquitur petitio Electoralis sæpius allegata: Vnd über dieses / so haben vor vielen langen Jahren und über Menschen Gedencken / die Chur- und Fürsten zu Sachsen mit grossen Vnkosten viel unterschiedliche Gerichte in ihren Landen verordnet und unterhalten / dieselbigen auch also in dem Haus zu Sachsen angestellt / daß von einem ieglichem Ampt oder Stadt / so gleich vor sich Ober- und Niedergerichte hat / an ein sonderlich Obergerichte / das Hoffgerichte genant / und von dannen ferner an die Chur- und Fürsten zu Sachsen mag *appelliret* werden. Derhalben dann 35

auch/ Krafft dieser Verordnung/ die dritte *provocation*, nach Versehung der gemeinen beschriebenen Rechte nicht zulässlich. Quæ
36. ipsa † etiam ratio, aliis licet verbis, repetitur in privilegio Ferdinandino. Evidens sanè; quia probabile haut est, tot judices à recto declinare, vel causam in tot instantiis non satis esse ventilatam, re tot oculis spectatâ, totque insinuata sensibus *arg. l. 8. in*
37. *fin. C. qui testam. fac. poss.* quare † tertium judicium finem imponere Plato affirmavit, Mandosa *de inhibit. quæst. 24. num. 2.* & tertiam interdicunt jura provocationem, *l. un. C. ne tertio provocare liceat. l. prolatam 4. C. de sent. & interlocut. judic.* Corn. *vol. 4. consil. 38. n. 1.* Knich. *dict. c. 3. num. 37.* præsertim quando sententiæ prio-
38. res † sunt conformes, Bartol. Bald. Salycet. & Paul. de Castro *in dict. l. un.* Robert Marant. *in specul. part. 6. act. 2. pr. verbo: & quandoq. appellatur. n. 280. limit. 1.* Aym. Cravet. *consil. 183. num. 1.* Anton. Tessaur. *decis. 122. & decis. 128.* Sigism. Scaccia *de appellat. quæst. 17. limit. 1.* Didac. Covarr. *pract. quæst. 25.* Christ. Besold. *in tract. de*
39. *appellat. cap. 6.* Estque hæc † ratio in provinciis Saxonicis eò fortior, quod ibidem etiam tertia quandoque admittatur provocatio, si nempè contingat provocari à sententia Nobilis Ambtsassii ad Quæstorem Præfecturæ, dein ad Curiam, & tandem ad Serenissimum Electorem & supremum Tribunal Dresdense, à quo si ad Cameram liceret appellare, quarta concederetur provocatio
40. in jure inaudita; ex quo perspicuum, † post tres etiam conformes sententias in foro Saxonico provocationem obtinere, de quo diximus *in Respons. Elect. 101. lib. 3.*

XLVI.

QUINTAM hujus privilegii rationem suppeditat beneficium
41. Leuterationis ac Oberleuterationis † in hisce provinciis communissimum, Andr. Knich. *dict. c. 3. n. 42.* Cum si addatur frequentia instantiarum, *de quâ thes. præced.* fieri potest, ut texies, quin & septies quandoque & octies eadem in diversis judiciis Saxonicis ventiletur causa; annum ergo de haut sufficiente disceptatione conquerendum? num de tot judicum dexteritate & sententiarum veritate ambigendum? num lites in infinitum protrahendæ? quod
42. sanè fieret, † si ulterior concederetur provocatio; ut meritò vel ob hanc solam rationem, in pronunciatis judiciorum Saxonicorum

rum acquiescendum, nec ulteriorem per provocationem moram indulgendam, existimaverit Serenissimus Saxo in petitione hujus privilegii: So haben auch meine und des Hauses zu Sachsen Vorfahren in *appellation* und allen andern Rechts anlangenden Sachen überflüssige *remedien*, als Leuterung und Oberleuterung in gebrauch gehabt/ die ich und die andern meine Vettern / die Fürsten zu Sachsen/ auch noch haben/ dadurch die *acta*, und was ein ieder zu seiner Notthurfft einzubringen hat/ mehr als durch *appellation*, etlichmal *revidiret* werden/ und sich also die Partheyen keines übereilens mit fugen zu beklagen. Cui annuit † Imperator Ferdinandus I. hanc 43.
causam Privilegio inserens. Imprimis vero in locum ulterioris provocationis ad Cameram surrogata est Ober- vel Superleuteratio, † quæ nihil aliud est, quàm secunda Leuteratio, vel Revisio 44.
Actorum, Andr. Knich. *in verb. jus. c.4. num.73.* Matth. Coler. *de process. execut. part.1. num.42.* Ant. Consult. Constit. *Saxon. tom.3. part.3. quæst.33. post pr.* nullibi in foro Saxonico, nisi in aulis Electorum & Ducum Saxon. qui jure non provocandi gaudent, usitata; nec indifferenter † sed duntaxat in causis, quarum judex primæ instantiæ est ipsemet Princeps, *Const. Elect. 19. part.1. Ordin. appellat. Dn. Christiani II. Elect. Saxon. tit.* **von der** *Supplication* **und** *Revision*, & quando in causâ definitivè pronunciatum, *dict. Const. 19. & Ordin. process. judic. tit.35.* §. Dieweil aber. 45.

XLVI.

SEXTAM denique causam præbet favor Reipublicæ, † cujus maximoperè interest, lites finiri & abbreviari, *l. quidã existimaverunt. 21. ff. si cert. petat. l. properandum 13. in pr. C. de judic.* quapropter jura summoperè insudant, ut litium augendarum ansa, veluti gangræna exitialis & fomentum intestinæ seditionis ac dissensionis resecetur, *l. litibus 20. C. de agricol. & censit. lib.11. cap. finem litibus. extr. de dolo & contumac.* † quippe quibus benè constitutæ Respublicæ labefactantur, quandoque etiam penitus corruunt, *l. si quis ingenuam 21. §. ult. ff. de capt. & postl. reverf.* Sola *ad constit. novas in præfat. num.15. & seqq.* Franc. Vivius *decis.178. n.8. & seqq.* Fern. Vasquius *lib.2. controv. c.10. num.2.* Quis verò non animadvertit, † lites in infinitum protrahi, si provocatio ab Electorum & Ducum Saxoniæ judicatis ad Cameram permitteretur, ex quô beneficium 46. 47. 48.

 Appel-

Appellationis, quod asylum innocentiæ ac tiriaca esse debet contra sententiæ injustæ venenum; fieret antidoton & herba Betonica contra justam sententiam, Gail. *lib. 1. observat. 128. n. 2.* Ar. Pinell. *in l. 1. n. 81. p. 3. C. de bon. matern.* idque ipsum ad † concessionem juris non provocandi Imperatorem haud parum commovisse, verba produnt privilegii Ferdinandini: Würden die Rechtfertigungen dadurch unsterblich gemacht werden/ und müsten endlich die Armen/ so gleich eine gute gerechte Sache hetten/ von wegen ihres Unvermögens rechtlos bleiben. Quod eò magis hoc nostro malitioso seculo metuendum, quò omnibus Germaniæ † admodum litigiosæ litibus atque malitiis coërcendis, judicium Camerale non est sufficiens: Sæpè enim unus Procurator mille lites agit, † quas omnes si enumeraveris, inter viginti quatuor Procuratores, numerus litium multum millia excedit, Dom. Arum. *in discurs. 5. ad aur. Bull. concl. 15. pag. 230.*

49. 50. 51.

CAP. V.

Quibusnam jus & privilegium hoc indultum: & quos obliget?

XLVII.

1. Jus & privilegium litis provocatoriæ nescium, de quô hactenus diximus, Domui Saxonicæ † indultum esse, nemo inficias ibit, vel ipsis privilegii Ferdinandini *verbis*: Und also den gantzen Stamm und Hause zu Sachsen solche Gerechtigkeit des nicht *appellirens* bewilliget/ ernewert/ gestärcket und bekräfftiget/ *etc.* convictus; cui consequens, jus hoc non solummodò Serenissimis Saxoniæ Electoribus, sed etiam † reliquis Ducibus & Principibus Familiæ ac Domûs Saxonicæ optimo titulo competere, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 4 n. 42.* Andr. Knichen, *verb. jur. c. 2. n. 39.* Just. Zinzerl. *de appellat. concl. 72. lit. b.* Dom. Arum. *in disc. 5. ad aur. Bull. concl. 15. pag. 230.* Gerl. Buxdorff. *ad aur. Bull. concl. 94. lit. c. in fin.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 5. n. 15.* ut mirer processus aliquando in Camera fuisse decretos, † quô appellationi deferretur non tanquam ab Electore, sed Duce Saxoniæ, *Dub. Camer. tit. A. Rubr. Appellare quibus, à quibus personis & ex quibus &c. fol. 31.* quod factum periculo partium non sine egregia privilegii illusione, dicit Knich. *dict. loc. n. 40.*

2. 3.

n.40. Solet equidem contra Saxoniæ Duces proferri, quod privile-
gia sint † stricti juris, nec de personâ in personam, multò minus de 4.
familiâ in familiam extendantur, Tapia *p.2.c.3.n.70. in l.fin.* C *de*
const.princ. Curt.*consil.5.in pr.* & quod cessante privilegii causâ, quæ
est multiplex sollicitudo, quam Electores pro Imperii quiete susti-
nent, cessare debeat privilegium, *l.Titio Seio.§.usurarũ ff.de legat.2.*
Sed parum inde contra Duces Saxoniæ inferendum, † quippe qui 5.
non in ampliatione vel extensione quâdam se fundant, sed ipsis
privilegii Ferdinandini verbis innituntur: Non solùm enim Au-
gusto Saxoni Septemviro ejusq; heredibus & successoribus, sed no-
minatim etiam † Ducibus Saxoniæ, Johanni Friderico medio, Jo- 6.
hanni Wilhelmo, & Johanni Friderico juniori, eorumq; heredib9,
id fuit indultum, prout videre est ex verbis initialibus dicti privi-
legii, *junct.* §. Das haben wir angesehẽ/ *vers.* gedachtẽ unsern Oheimb
und Churfürstẽ/ Hertzogen Augustum/ und seiner Liebde Vettern/ die
Hertzogen zu Sachsen/ Gebrüdern/ und ihrer aller ehelichen männ-
lichen Leibes-Erben/ und also dem gantzen Stamm und Hause zu
Sachsen ꝛc. ut sic † nec ampliatione nec extensione ullâ sit opus: 7.
accedente porro renovatione ac confirmatione prædicti privile-
gii, ab Imp. Rudolph. II. facta sub dato 14. Jul. anno 1600. *in verb.*
Welches Ihr Maj. ermessens/ dem Herren *Administratorn* der Chur/
und den andern Hertzogen zu Sachsen auch darumb nützlicher/ ꝛc.
Quò & faciunt † verba privilegii Sigismundini, Friderico I. Electo- 8.
ri Saxoniæ dati *Kesmarck Anno 1425. die annunciationis Mariæ:* Dar-
umb haben wir Ihme und seinen Erben die besondere Gnade und
Freyheit gethan/ ꝛc. quod iisdem ferè verbis à Maximiliano I. Im-
peratore, anno 1497. Oeniponte die 20. Augusti fuit confirma-
tum: Daß die jetztgenanten unsere liebe Oheimen/ Hertzog Fride-
richs und Hertzog Johansens zu Sachsen Ihre Erben und Nach-
kommen ꝛc. Etsi verò hoc juris saltem non evocandi faciat men-
tionem, † exinde tamẽ omnium politicorum consensu, ad privile- 9.
legium de non appellando, tutò infertur. Nec est quod causam
privilegii, quæ est sollicitudo multiplex, quam Archiprincipes
Electores pro Imperii quiete sustinent, in Ducibus Saxoniæ ces-
sare existimes: † cum non unica sed plures privilegii hujus cau- 10.
sæ & rationes existant, quarum una licet deficiente, altera ta-
men iis subvenit, imprimis autem verisimilis ignorantia juris

Saxonici, quam illi, qui in aulâ Imp. aut etiam in Camerâ im-
periali assident, habere præsumuntur; nec non frequentia in-
stantiarum ac beneficium Leuterationis & Oberleuterationis, &c.
Supr. posit. 42. 44. 45. 46. Quæ causæ cum non minus in Ducum
quàm Electoris Saxoniæ territoriis vigeant, quis invidere iis vellet,
privilegium de non appellando? quando † enim unius rei vel be-
11. neficii duæ sunt causæ, una quantumvis ex his cesset, altera tamen
rem sustinet, §. *affinitatis 6. inst. de nupt. l. si ventri 8. §. in bonis 2. ff.*
de privil. Creditor. Bartol. *in l. liberorum, 11. in pr. num. 1. vers. ex*
quo nota ff. de his, qui not. infam. & in l. ex facto 43. num. 45. vers. &
de duabus rationibus ff. de vulgar. & pupill. subst. Seraphin. *de juram.*
privil. 100. num. 8. Andr. Tiraquell. *in Reg. cessante causâ, limit. 22.*
num. 1. & seqq.

XLIIX.

Non minus ergò Duces Saxoniæ, quàm Serenissimi Electo-
res jure ac privilegio hoc gaudent, ut nemo ab eorundem senten-
tiis, Decretis ac pronunciatis appellare valeat, † idque sive inter-
12. locutoria, sive definitiva sit sententia, prout verba habent privi-
legii Ferdinandini: Von keinem Bey- oder Endurthel, quæ etiam
13. reperiuntur in *aur. Bull. Caroli IV. Imp. tit. 11.* & † quocunque e-
tiam in judicio, superiore vel inferiore sententia vel decretum fue-
rit publicatum. Quamvis enim privilegium Ferdinandinum mo-
dò allegatum superiora tantummodò judicia exprimat, *in verb.*
So in der Chur- und Fürsten zu Sachsen und derselben Erben Ca-
14. mern und Hoff gesprochen und geöffnet werden: nequaquam † ta-
men per hoc inferiora videntur exclusa judicia, *tum* quod appel-
latio fiat gradatim à judice inferiore ad superiorem, nullo inter-
medio omisso, *cap. dilecti 66. extr. de appellat. cap. Romana 3. §. ab Ar-*
chidiacono 1. extr. de appellat. in 6to, l. 1. §. si quis 3. l. Imperatores 21. ff.
eod. tit. l. præcipimus 32. C. eod. ne jurisdictiones confundantur, *l. ne-*
mo 4. ff. de jurisdict. Guid. Papæ *decis. 436. n. 3.* Natta *vol. 2. consil.*
271. n. 1. & seqq. Andr. Gail. *lib. 1. observat. 119. n. 2.* ex quò † ab infi-
15. mo etiam judicio causa ad Cameram devolvi non potest, quin
prius in Curia ac Dicasterio Electorum & Ducum Saxoniæ supre-
mo fuerit ventilata, & tandem ab eo provocatum: *tum* † quod
16. Sanctio Carolina, ad quam sese refert privilegium Ferdinandinum,
men-

mentionem faciat expressam inferiorum judiciorum, *in dict. tit. 11. aur. Bull. verb.* oder auch deren Beambten Gerichte angestellet und ergangen. Unde rectissimè infert † Pro-Elector Saxon. Dn. Fridericus Wilhelmus in memoriali, quò sub dato Torgæ 30. April. Anno 1597. Consiliarios suos ad aulam Cæsaream pro impetrandâ renovatione privilegii Ferdinandini de non appellando, ablegavit: Darumb weiset es sich an ihme selbst/ weil von dem Hause Sachsen nicht *appelliret* werden kan/ daß vielweniger von desselben Untergerichten/ an frembde Gerichte zu *appelliren* nachgelassen/ ꝛc. 17.

XLIX.

Quemadmodum verò privilegium hoc universæ domui Saxonicæ est indultum, ita & † universaliter omnes in judiciis Electorum & Ducum Saxoniæ litigantes obligat, iisque provocationem ad Cameram interdicit. Quod sanè minus dubium habet quoad subditos & incolas, Gerlac. Buxdorff. *ad aur. Bull. concl. 94. lit. b. & c.* Andr. Knich. *in verb. lit. provoc. nost. cap. 3.* nullâ eorum habitâ ratione, nec Status ac dignitatis, ut hinc † Comites quoque illo constringi, rectissimè existimaverit Dn. Pro-Elector Saxon. Fridericus Wilhelmus in jam dicto memoriali, *verb.* Daß es also keinen Zweifel hat/ daß hierunter die Grafen so wol als andere begriffen/ ꝛc. quorum † & meminit expressè Aurea Bulla in *allegat. tit. 11. ibi.* Daß keinem Grafen/ Freyen/ Edlen/ ꝛc. De extraneis autem in foro Principum Saxoniæ litigantibus, primo intuitu res haud expedita videtur, quandoquidem † Statutum appellationis prohibitorium non ligat forenses, Bertazz. *consil. 15. n. 1. in criminal.* Marzar. *consil. 9. n. 9.* Bursat. *consil. 225. num. 122.* & Cephal. *consil. 24. num. 55. & 6.* & judex pronunciare debet secundum Statuta & Leges litigantium, Jason *in l. cunctos populos. n. 22 & n. 59. C. de Summ. Trin.* Sebast. Vant. *de nullit. ex defect. process. n. 56.* At non proficiunt fucoso † hoc velamento forenses, quo minus à provocatione abstinere debeant, quæ prohibita est in foro Principum Saxoniæ, sive secundum jus commune, sive Statutarium in decisoriis pronuncietur, Andr. Knich. *dict. c. 3. num. 9.* Et licet Statutum forenses non obliget, id tamen † agnoscere eos oportet, quando agunt vel judicium suscipiunt in foro Rei, quod actor sequi tenetur, *l. actor, C. ubi in rem acti. l. juris ordinem. l. in criminalib. C. de*

18.

19.

20.

21.

22.

23.

juris-

jurisdict. omn. judic. Surdus *consil. 204. n. 12.* Ac ne dubium de hoc
restet, ipsis privilegii Ferdinandini verbis forenses dicimus com-
prehensos, † dum omnis prohibetur appellatio, à quocunque et-
24. iam interponatur: In allen Sachen durch niemandes/ in was Wür-
den/ Standes/ oder Wesens der sey/ rc. prout habet tenor privile-
25. gii: at dictio † universalis in negativâ quoscunque includit, Bar-
tol. *in l. generalia. §. uxori. ff. de usufr. legat.* Ludolph. Schrader. *de
feud. part. 10. sect. 5. num. 71.* Bursat. *consil. 36. n. 48.* tantumque efficit,
quantum specialis expressio, Cæphal. *consil. 59. n. 116.* Aym. Cravett.
consil. 467. n. 3. ac operatur non minùs, quàm si de singulis in specie
facta esset mentio, Surd. *decis. 269. n. 30.* Accedit porrò observan-
26. tia, † cui innititur domus Saxonica, de quâ hisce attestatus est ver-
bis D. Augustus Elector Saxon. in literis Imperatori Ferdinando I.
in Comitiis Francofurtensibus die 1. Martii Anno 1558. exhibitis:
Und ist solche des Hauses zu Sachsen Gerechtigkeit / nicht al-
lein zwischen desselbigen Unterthanen / sondern auch in denen Fäl-
len/ wenn frembde/ ausserhalb des *territorii* gesessen/ die Unterha-
nen beklagen/ mit *appellationen* also eingeführet/ und gehalten
worden.

I.

27. Neutiquam ergò hoc privilegio subtrahere se valent † liti-
gantes in foro Electorum & Ducum Saxoniæ, sive subditi sint sive
extranei, ne quidem contrario ab Imperatore privilegio donati,
28. de quibus † Pro-Elector Saxoniæ Fridericus Wilhelmus ita con-
questus est in supra allegato memoriali: Gleicher gestalt wollen
sich etliche aus diesem *privilegio* daher *eximiren*, daß sie von den Rö-
mischen Keysern ein sonderlich *privilegium de appellando* erlanget/
rc. juvari hi videntur maximâ illâ Dd. † quod privilegiatus non
29. utatur privilegiò contra privilegiatum *l. sed & militis. ff. de excu-
sat. tutor. l. assiduis. §. & ideò C. qui potior in pign. cap. ult. extr. de or-
din. cognit.* Dec. *in cap. in præsentiâ. n. 51. extr. de probat.* Hyppolit. *sin-
gul. 681.* Joseph. Ludov. *decis. Perus. 3. n. 18. & 21.* Alphons. de Azev.
in Hisp. Reg. const. lib. 5. tit. 3. l. 10. num. 15. præsertim quando illius
privilegium juri communi est conveniens, vel saltem magis con-
sonum Regulis juris, Bald. *in l. si quis in gravi. §. ult. & l. seq. ff. ad
SCtum. Syllan.* Jacob. Menoch. *lib. 1. consil. 36. num. 28. & 31.* Sed
vin-

vincendus † privilegio Saxonico, (1.) quia parum specialis habet 30.
efficaciæ privilegium de appellando, eoque minus, quò propius
accedit ad jus appellandi, omnibus populis commune, perinde ac
ipsa defensio, *c. 3. in fin. extr. de except. c. 41. extr. de appellat.* Just. Zinz.
de appellat. concl. 4. lit. b. Ut ergò jus commune cedit privilegio, *l. 1.*
§. 2. & l. 4. ff. de const. princip. l. 16. ff. de legib. ita etiam generale indul-
sum speciali Principis concessioni. (2.) Quod & † convenit verbis 31.
privilegii Ferdinandini, ibi: Wir wollen auch allen Rechten und
Reichsordnungen / so solcher des Hauses zu Sachsen Freyheiten /
und diesem unserm *privilegio* zuwider seyn möchten, so viel die Chur
und Fürsten in diesem Fall anlanget / *derogirt* haben / etc. (3.) † Cum- 32.
que jamdudum à Carol. IV. Imp. privilegium de non appellando
fuerit concessum, antiquius est omni indulto posteriori, quò Cæ-
sarea Majestas privilegio anteriori derogare nequivit, quia Prin-
cipum concessiones semper sunt intelligendæ (salvo jure tertii)
Jason *in l. quo minus n. 11. ff. de flum.* Octav. Cacheran. *decis. 90. n. 11.*
Andr. Gail. *lib. 2. observat. 1. n. 14.* Herm. Vult. *3. consil. Marpurg. 35.*
num. 160. (4.) † Nec potest tueri se privilegio, qui in alieno liti- 33.
gat foro, quò ipsò ordinationi judicii illius se submittit, & quasi
contrahendo juri suo renunciat, *l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul.* Surd.
decis. 13. n. 67. Knich. *dict. c. 3. num. 13.* Quò & nititur † fundamento 34.
Pro Elector Saxon. in dict. memoriali hisce verbis: Und ist über
die in Recht klar versehen / daß ein jeder der vor einem Gerichte
dingstellig ist / sich desselben Gerichts *process quoad ordinationem ju-*
dicii, dahin dann auch das *beneficium de non appellando* gehörig / ge-
meß zu bezeigen schuldig sey / ungeachtet / wie er sonsten vor seine
Person *privilegirt*, darumb so kan auch daher dergleichen *privile-*
gium von den Partheyen / so sich vor den Sächsischen Gerichten ein-
lassen / des Hauses Sachsens *privilegio* zuwider / desto weniger an-
gezogen werden.

LI.

Quid verò si litigantes † privilegio de non appellando re-
nunciant, amboque conveniant, ut causa per appellationem ad 35.
Cameram aliudve superius tribunal devolvatur, & ita superioris
judicio se submittant? Dixeris forsan, hoc ipsorum arbitrio reli-
ctum esse, cum quilibet juri ac favori pro se introducto valeat re-
nunciare, quò & inclinat Balth. Kauxdorff. *in disput. de non evoc.*

36. *& non appell. th. 24.* ob verba privilegii † Sigismundini sub dato
Kesmarci die annunc. Mariæ anno 1423. Sie thun es denn von ih-
rem guten Willen/ & renovationis Caroli V. Imp. Wormatiæ, d. 2.
Maji Anno 1521. factæ: Jedoch mit dem bescheide: Es thun es denn
die Unterthanen mit gutem Willen ꝛc. Utroque loco agitur qui-
dem de jure non evocando, sed benè ad jus litis provocatoriæ ne-
37. scium inde inferri, sæpius monuio. Rectius verò † subditis hanc
facultatem adimit Gerlac. Buxdorff. *dict. conclus. 94. lit. a.* ubi et-
iam allegat Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 11. n. 20.* (1.) Non
38. enim tàm † subditis Electorum & Ducum Saxoniæ, quàm ipsis
Principibus ob benè merita privilegium Ferdinandinum fuit in-
dultum, prout liquescit ex verbis: Auch die vielfaltige/ getrewe/
angenehme/ nützliche Dienste/ die seine Liebde/ andere Fürsten zu
Sachsen/ und ihrer aller Voreltern dem heiligen Reich in viel We-
ge gethan. *Et rursus:* Und die Chur und Fürsten zu Sachsen Ihre
Erben und Nachkommen sich derselben erfrewen/ geniessen/ und ru-
higlich gebrauchen mögen/ ꝛc. Quò prætextu igitur à subditis in
præjudicium Electorum ac Principum, huic privilegio renuncia-
39. retur? Nec enim jura † permittunt, Legibus ac constitutionibus
renunciare, quæ non solius renunciantis, sed etiam tertii favo-
rem & utilitatem respiciunt, *arg. l. ult. ubi Jason & Dd. C. de pact.*
40. (2.) Estque † privilegium hoc verbis prohibitivis conceptum, an-
nexâ simul ei clausulâ cassatoriâ, *in verb.* Auch dieselbe *appellation*
gantz krafftlos/ untüchtig und nichtig seyn solle. Quò casu renun-
ciationē cessare, tradunt Gloss. *in cap. statuam. in pr. verb. commit-
tatur. extra de rescript. in 6. & in l. 58 ff. de rit. nupt.* Jason *in l p. n. 16.
C. de pact.* Bald. *in l. ult. C. de edict. divi Hadr. tollend.* (3.) Quò † &
41. faciūt verba privilegii Ferdinandini: In keine weise *appelliret* wer-
den sol. Si ergò nullatenus permittenda est appellatio; utique nec
tùm obtinebit, quando fuerit renunciatum privilegio à subditis,
nam dictio universalis negativa omnes includit casus, Bursat.
cons. 16. n. 48. Surd. *decis. 265. num. 30.* Nec quicquam dubii relin-
42. qvunt † verba illa, von ihren guten Willen/ in privilegio Sigismun-
dino. *Et rursus:* Mit guten Willen/ in renovatione Carolinâ; si
non de voluntate subditorum, sed ipsorum Principum accipian-
43. tur, quod sano sensu fieri potest; Aut si mavis, † derogatum est u-
triq; sanctioni per posterius privilegium Ferdinandinum, Anno
demum 1559. domui Saxonicæ concessum.

52. Li-

Litem quoque movent Ducibus Saxoniæ † Nobiles Franconici in districtu Coburgensi, se privilegio de non appellando nequaquam obstrictos contendentes, de quô Anno 1596. & 1597. non parum fuit disceptatum, cum quidam ex iis ad Cameram imperialem provocâssent, inter † alia in productis hæc ponentes verba: Wann gleich die Chur und Fürsten zu Sachsen 2c. eine Freyheit des nicht *appellirens* hetten / könte doch dasselbe nicht die gantze Welt binden, es were auch solch *privilegium* nur auff die Landgraffschafft Düringen gerichtet / mit nichten aber auff die von Adel in der Coburgischen Art / oder der Pflege Coburg und Herrschafft Römhildt. Nec fundamento videntur destituti, postquam † in districtu Coburgico pronunciatur secundum jus commune, Zinzerl. *de appellat. conclus. 72. lit. c.* Andr. Kaich. *in verb. lit. provocat. nesc. c. 3. in pr.* ut hinc ratio privilegii, puta verisimilis ignorantia juris Saxonici, quam Assessores Camerales habere præsumuntur, cesset. Nec quemquâ fugit, Nobilitatem Franconicam † soli Imperatori parere, jureque superioritatis gaudere, ita ut pro Statibus Imperii Nobiles isti â plerisque habeantur; Rumel. *part. 1. dissert. 1. ad aur. Bull. Caroli IV. th. 12.* Otto Melander *part 1. ad process. Meureri tit. 6. p. 17.* Paul. Matth. Wehner. *in observat. verb.* Ritterschafft. Et de Nobilitate Franconicâ † idem Wehner. sub verbo Craise / Craistag / *hæc refert*: Daß die löbliche Ritterschafft der sechs Orten in Francken ein gemeines unzertrennet *Corpus* und *Respublica* sey / die ihre sondere Freyheiten / *Statuta*, Bräuche und Herkommen haben / deren weiland Voreltern selige / mit ihren löblichen Ritterdiensten / dem heiligen Römischen Reich mannigfaltig und nützlich gedienet / und fürs Vaterland gestritten / erobert und erlanget / und daher noch auff den heutigen Tag die freyen Francken genennet werden. Exempti ergò ac liberi quia sunt Nobiles Franconici, nec coram Ducibus Saxoniæ se conveniri posse nec jure Saxonico & privilegio de non appellando constringi existimant, ut maximè in districtu Coburgensi possideant feuda.

44.
45.
46.
47.
48.

LIII.

Sed vereor, † ne inanis sit Nobilitatis Franconicæ prætensio, quâ eos, qui ratione feudorum in districtu Coburgensi Duces Saxoniæ recognoscunt, neque hinc jurisdictione ac privilegio juris 49.

non appellandi Saxonico se eximere valent, ut benè tradit Andr. Knich. *dict.c.3* Johan. Limn. *lib.3. jur. publ. c.10. n.38. pag.151.* Zinzerl. *dict. concl.72. lit. c.*
50. (1.) Ex quo † enim Vasalli sunt Domus Saxonicæ, expressè comprehensi censentur in privilegio Ferdinandino, *verb.* Ihrer Liebden Unterthane/ Landstände und Lehnleute rc.
51. (2.) Et cum fundata † sit jurisdictio Ducum Saxoniæ in Franconiâ & districtu Coburgico, præsumitur hinc etiam fundata contra Nobiles in illo districtu, per tradita Socini *vol.1. consil.86. n.86.* Matth. Wesenb. *part.2. consil.74. n.34. & 35.* Aym. Cravett. *cons. 615. n.13. & 14.* Quicunque enim intra territorii septa continentur,
52. † in domini istius patrocinio & jurisdictione esse præsumuntur, cujus est districtus & territorium, *l.1. §. in initio. vers. quicquid intra urbem ff. de offic. præf. urb. l. incola. l. qui ex vico. ff. ad municipal. l. pupillus. §. territorium,* ubi *Dd. ff. de V. S.* Bart. *ad l.1. n.15. in fin. ff. de jurisdict. omn. judic.* Jacob. Menoch. *lib.3. præsumt.100.* Anton. Fab. *in Cod. lib.3. tit.12. defin.17.* nisi in specie doceatur de exemptione vel privilegio, *l. nulli. §. quòd si in vico. C. de Episc. & Cler. cap. ult. vers. cum ministerium sit intra metas. extr. de offic. Archidiac.* Henn. Göden *consil.42. num.13.* Andr. Knichen *de subl. territor. jur. cap.5. n.150. n.151.* Bodin. *lib.1. de Republ. c.9.* quòd tamen hactenus à No-
53. bilitate Franconicâ factum haud est. (3.) † Constat porrò de homagio, quod Nobiles Franconici in districtû Coburgensi Ducibus Saxoniæ præstiterunt, imprimis verò id factum Anno 1587. ubi plerique in personâ comparuerunt & juratò obedientiam promiserunt: Der gestalt / daß sie alles das jenige thun wollen/ was getrewen Unterthanen gegen ihren Erbhern und Landesfürsten eignet und gebühret; prout fidem faciunt Acta Cancellariæ Cobur-
54. gensis. Est verò † homagium prima agnitio & confessio subjectionis, Thom. Michaël *de jurisdict. conclus.57.* Andr. Gail. *de arest. cap.6. num.10.* Ernest. Cothman. *Respons. Academ.47. num.38.* Hier. Schurff. *cent.3. consil.35. num.13. vers. potissimum, maximumq; obsequi & humilitatis signum,* Matta *de jurisdict.* nec non superioritatis recognitæ tessera & argumentum, Knich. *de jur. territ. cap.3.*
55. *num.168.* (4.) † Quin nec ipsimet Nobiles diffessi hoc fuerunt, citati à Ducibus Saxoniæ comparentes, eorumque judicio se submittentes & jurisdictionem agnoscentes, attestante Johanne

Casi-

Casimiro Duce Saxon. in literis ad Pro-Electorem Fridericum Wilhelmum sub dato Eisfeld. 4. Maji Anno 1597, hisce formalibus: So hat es auch die Meinung gar nicht/ wie ewrer Liebden Rath D. Hartman Pistoris erinnert/ daß sich die Ritterschafft vor uns/ als dem ordentlichen Richter/ zustehen nicht schuldig erachten wolten/ dann sie uns jederzeit darfür erkennet/ in persönlichen und dinglichen Klagen für uns gestanden/ Recht geben und genommen/ welches wir aus unserer Cantzley fast mit infinitis actibus zu bescheinigen/ wie sie dann weniger nicht an uns appelliret.

LIV.

Quid ergò, † quod Nobilitas Franconica in districtu Coburgensi secundum jus commune pronunciari asserit? Ita sanè est: Nec observatur jus Saxonicum in decisoriis; viget tamen ibidem in ordinatoriis sive processû, cujus pars non minima est provocatio, ut benè † limitat Knich. dict. cap. 3. Zinzerling dict. conclus. 72. lit. a. Limn. cap. 10. p. 151. idemque firmat Dn. Johan. Casimirus Dux Saxoniæ, in literis modò allegatis: Und das noch vielmehr in Ordinatoriis dem process der Sächsischen Rechte agnosciren, und sich desselbigen gebrauchen: Ac posito, jus Saxonicum in districtû Coburgensi planè ab observantiâ recessisse; parum † tamen adjumenti accedit inde Nobilitati Franconicæ, cum longè plures existant causæ privilegii de non appellando, quarum licet una hîc cesset, reliquæ tamen suo relinqvuntur vigori, ut non frustrà in districtu Coburgensi privilegio de non appellando inhærendum dixerim; Maximè † omnium verò probè ponderanda est instantiarum cumulatio, quæ ulteriorem provocationem omninò excludit, ut demonstravimus th. 44. adeoq; potissima ratio, quæ est de pluribus ac benè constitutis exedriis, hic locum suum tuetur, Zinzerl. dict. lit. c. in fin.

56. 57. 58. 59.

LV.

Non magis Nobilitati † Franconicæ subvenit, quod pro Statu Imperii velit haberi, juraque libertatis obtinuerit, secundum tradita Wehneri; Notorium siquidem est, teste Gailio, per totam Germaniam, multos in Imperio Comites & Barones feuda dignitatum & Nobilia ab Imperatore recognoscere, atque ideò 60.

inter Status & ordines Imperii referri, nihilominus tamen, quia in aliorum Principum provinciis dominia & domicilia sua possident, hoc respectu pro subditis illorum Principum haberi, & proinde ad onera & munera istarum provinciarum æquè cum aliis
61. provincialibus teneri, Gail. *de Arest. imper. cap. 6.* Quod † & convenit *Recess. Imperii August. de Anno 1548.* §. Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung/ & §. Aber der Grafen von Tüblingen/ ꝛc. *nec non Recess. Wormat. de anno 1586.* In fällen aber/ ubi hæc leguntur verba; In fällen aber/da eine Person dem Reich ohne Mittel unterworffen/und unter eines andern Herrn hergebrachten Landsesseren/ oder *jurisdiction*, Zwang und Bann Güter ligend hette/ sollen hinfort *quoad illa bona*, keine *mandata* erkennet werden. Con-
62. sequens hisce † est, licet Nobiles Franconici immediatè Imperio sint subjecti, ratione tamen bonorum feudalium in districtu Coburgensi situatorum, ubi & sua fovent domicilia, subditos esse illos Ducum Saxoniæ, eorumque jurisdictionem agnoscere, ac privilegio de non provocando teneri. Scilicet absurdum † non
63. est, hominem unum eundemque diversis respectibus, diversoque jure ac diversis qualitatibus censeri, *l. 16. ff. de in jus vocando. cap. cum Capella. extr. de privil. cap. ex literis. de probat.* ubi Gloss. *in verb. vices duorum.* Nicol. Everh. *in loco de respectiv.* Andr. Gail. *lib. 1.*
64. *observat. 30. n. 8.* Unde est, quod legimus † Carolum V. Imperatorem sibi ipsi, non tamen ut Imperatori, verùm ut Archiduci Austriæ mandata dedisse: Wir Carl und Römischer Keyser/ entbieten dir Carl Ertzhertzogen zu Oesterreich/ Gerl. Buxdorff. *ad aur. Bull. concl. 64. circa fin.* sibi ipsi & Statibus certam imposuisse contributionem, *Recess. Imper. Norimb. de Anno 1542.* §. Ferner ha-
65. ben wir auch/ Limn. *lib. 2. jur. publ. c. 10. n. 8.* Regem † Scotiæ ratione quarundam ditionū fuisse Fiduciariū Regis Angliæ, Buchan. *in hist. Scot.* Reges Anglorum intuitu quarundā provinciarum jusjurandum fidelitatis dedisse Regibus Francorum, Bodin. *lib. 1. de Repub.*
66. *c. 9. p. 171.* † Reges Daniæ ratione Holsatiæ, Hispanum verò respectu Burgundiæ esse Vasallos Imperii, & ad Comitia mittere legatos, ut apparet ex subscriptione *Recess.* Gerichtliche *acta* der Stadt Braunschweig Huldigung betreffend / *part. 2. Resp. 5. p. 97.* Theod. Reink.
67. *de regim. secul. lib. 1. class. 2 c 5. n. 20.* Pariliꝭ † ergò modò plurimi existunt in Romano Imperio, qui ratione rerum, Principi homagium

gium præstant, ratione autem suæ personæ omninò liberi, ac nemini nisi Cæsari sunt subjecti; eosdemque constitutionibus Imperii non secus ac alios immediatos comprehendi, infinitis demonstrari posse præjudiciis, testatur Thom. Michaël *de jurisd. conclus. 58. lit. b.*

LVI.

At, quid † juris in Episcopatibus Electoralibus, Martisburgensi, Numburgensi, & Misnensi, quos Serenissimus Saxoniæ Elector possidet & administrat, num & ibi interdicta provocatio ad Cameram? Ita forsan existimaveris, quia in Episcopatibus illis jura territorialia Serenissimo Saxoniæ Electori competunt, † ex quó fundatam habet intentionem & jurisdictioné plenissimam cum omnibus privilegiis, adeoq; etiam non appellandi jure; Cum enim territorio Electorali inclusi sint Episcopatus, non possunt non esse sub Domini istius patrocinio & jurisdictione, Anton. Fab. *in Codic. lib. 1. tit. 3. defin. 11.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 62. n. 9.* Vultej. *2. consil. Marpurg. 30. n. 44.* Cravet. *consil. 949. n. 2.* quoniam quicquid † intra fines designatur, dicitur velut sepimento inclusum illi territorio & finibus, *l. fines ff. de act. emt. l. si fines C. de evict.* Natta *consil. 204. n. 1. & 514.* & quidquid est intra fines, pertinet ad eum, cujus sunt fines, *l. æde sacra. § 1. ff. de contr. empt.* Cephal. *consil. 428. n. 29.* Natta *consil. 561. n. 31.* unde limites territorii dicuntur limites jurisdictionis, *l. ult. vers. qui certa administrationi. & ibid.* Bald. *C. ubi & apud quem cognitio in integr. restit.* Et benè † notat Tob. Paurmeist. quod quicquid sit in Regno, Ducatu, Comitatu, id de jurisdictione Regis, Ducis vel Comitis censeatur, ita ut quocunque in loco territorii sui jurisdictionem exercere possit, *de jurisd. lib. 2. c. 8. n. 10.* Sed fallax est hæc † illatio, postquam locus aliquis potest quidem esse in territorio Principis, qui tamen de ejus territorio non est, nec jurisdictioni ipsius subjectus, *cap. propter. extr. de rescript. Surd. decis. 129. n. 7.* Zach. Vieror. *de exemt. concl. 27.* Dn. Casp. Ziegl. *in pract. Nicol. Calvol. §. Landsassii. n. 29.* Theod. Reink. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 1. n. 77.* nimirum, quando est exemtus, perinde ac si esset extra territorium, quia paria censentur, esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, *cap. cum Episcopus, extr. de offic. ordin. in 6.* Jason *in l. ult. n. 5. ff. de jurisdict.* Wesenb. *consil. 88. n. 8.* Videmus † hinc, non paucos Nobiles, Comites,

68. 69. 70. 71. 72. 73.

tes Barones in Principis alicujus districtû castra & villas possidere, quæ tamen quoad jurisdictionem illi subjecta haud sunt, *cap. dilectus. de capell. Monach.* Mynsing. *Respons. 16. n. 45.* Thom. Michael *de jurisdict. concl. 6.* Nec absurdum habetur, † ut unus sit Dominus in universo, alter verò in particularibus quibusdam rebus sub universitate illâ comprehensis, *l. 1. § ult. vers. Sed enim gregem ff. de rei vendicat.* Reinking. *dict. cap. 2. num. 79.* Quare maxima illa Dd. quâ ex territorio ad jurisdictionem præsumtivè infertur, hanc limitationem admittit, † nisi de exemptione ac privilegio doceatur, Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. cap. 5. n. 150. 151.* Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 9.* Henning Göden *consil. 42. n. 13.* Cedit enim præsumtio veritati, quæ specifice in opposito adducitur, Bartol. *in l. cum de indebito. ff de probat.* Natta *consil. 506. n. 39.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 144 n. 6.*

74.

75.

LVII.

76. Hæc si ad casum præsentem accommodemus, fatemur † utique, Episcopatus illos esse in territorio Serenissimi Electoris Saxoniæ, at non sunt de territorio, sed exempti, & feudalitati Cæsaris addicti: Seyn unter Keyserl. Majest. Lehnschafft versetzet / unde & ab Imperatoriâ Majestate in feudum recognoscuntur, quæ exemtio facit, ut non amplius in territorio Electoris esse censeantur, *cap. cum Episcopus. ext. de offic. ordinar. in 6to.* Ludolph. Schrader. *de feud. lib. 2. part. 9 sect. 4. n. 157.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. c. 9. num. 2.* nec quidquam commune habeant cum Electoratu & provinciis Saxonicis.
77. Et quamvis † Elector Saxoniæ eos administret, ac ibidem jurisdictionem exerceat, attamen idipsum non Electoris, sed Episcopi nomine facit, quem in Episcopatu & Capitulo repræsentat, Tob. Paurmeist. *dict. lib. 2. cap. 7.* Consequitur † hinc, Privilegium Saxonicum de non appellando ad Cameram neutiquam extendendum fore ad Episcopatus; concessum quippe est non Episcopis, sed Electoribus & Ducibus Saxon. Den Chur- und Fürsten zu Sachsen. Quid ergò obstabit, quò minus à sententiis Episcoporum nomine in præsulatu publicatis ad Cameram Imperialem liceat appellare? Quod jus † in specie sibi vendicant subditi & incolæ Episcopatûs Numburgensis ex Capitulationibus Ducis Alexandri de Anno 1504. Electoris Augusti de Anno 1565. Electoris Christiani I. de Anno 1586. & Pro-Electoris Friderici

78.

79.

tij Wilhelmi de anno 1593. quam posteriorem quoque ab Electore Christiano II, anno 1601. confirmatam novimus. Nec minus † competit jus appellandi ad Cameram incolis Episcopatus Misnensis, ex speciali pariter capitulatione, prout expeditum reddit Rescriptum Serenissimi Dn. Electoris sub dat. 15. April. anno 1618 Capitulo Wurcensi insinuatum: Uber das auch in der mit uns und einem Ehrwürdigen DomCapitel auffgerichteten *capitulation*, die *appellationes* zwar *ad Cameram Imperialem* zugelassen/ ꝛc. 80.
idemque hodiè in † Episcopatu Martisburgensi receptum, apparet ex resolutione Electorali sub dato 19. April. anno 1613. *ibi*: Vielweniger ein einig Exempel werden anziehen können/ das Seine Churfürstl. Gn. als *Postulatus* die *appellationes ad Cameram* verboten ꝛc. 81.

LIIX.

Hac ratione, inquies, † non appellabitur in prædictis Episcopatibus ad judicium Serenissimi Electoris supremum, quod est Appellationum? Hoc certè sequitur, nec patitur id natura provocationis, quæ fieri solet ad superiorem; Estque receptio appellationum superioritatis & jurisdictionis indicium, Matth. Wesenb. *consil. 45. n. 70.* Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 50.* Andr. Gail. *de Arest. c. 7. n. 14.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 55.* Zach. Victor. *de exemt. concl. 36.* atqui jurisdictionem & superioritatem Electoralem se non extendere ad Episcopatus, modò diximus. Aliud † nihilominus hodiè ex cōventione speciali obtinet, ita tamē, ut alternativè vel ad Cameram Imperialem, vel ad supremū Electorale judicium, quod Appellationum est, liceat provocare. Quo † de eadem facit Resolutio trium Episcopatuū Misnensis, Martisburgensis & Numburgensis sub dato Zeitz/ 24. April. anno 1616. *in verb.* Als erklären sich die drey Stifft/ Meissen/ Merseburg und Naumburg dahin/ daß sie könten geschehen lassen/ daß die *Appellationes* aus den drey Stifftes Regierungen an den Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg Ihren gnädigsten Herrn ꝛc. ergehen möchten. *Et postea:* Jedoch mit dieser Maß und *limitation*/ daß dadurch die *Appellatio ad Cameram Imperialem*, den Partheyen nicht abgeschnittē/ sondern denselben in allewege *reserviret* und vorbehalten sein/ und einer jeden Parth freystehen solle/ an höchstgedachte Ihre Churfürstl. Gnaden/ oder das Keyserl. Cammergerichte zu *appelliren &c.* in quâ resolutione acquievit Serenissimus 82. 83. 84.

nissimus

85. nissimus Saxoniæ Elector. Ad curiam † tamen provincialem Lipsiensem extendi ea non debet. Etsi enim Curiæ provinciales cum Senatu Appellationum concurrentē habent jurisdictionē, *Ordin. prov. de ann. 1550 tit.* Wer vor das Ober Hoffgerichte möge geladen werden/ *vers.* So mag auch ein ieder. *Ordin. Appellat. D. Christ. II. Elector. de anno 1605. tit.* Wer vor unser *appellation* Gericht geladen 2c. §. Desgleichen/ weil ohne das 2c. & §. *seq.* Petr. Heig. *part. 1. q. 9. num. 12. & seqq.* Dn. Caspar. Ziegl. *ad prax. aur. Nicol. Calvol. tit. Schriftsassii & Ambtsassii, concl. 1. & 2.* propterea tamen † ab expressà conventione, quâ soli Appellationum judicio Capitula Episcoparuum incolas suos obstrinxerunt, haud recedendum, nec conventio ultra mentem & intentionem ad aliud judicium provocatorium extendenda est, *arg. l. interest 21. C. de solut.* Bald. *part. 3. consil. n. 6.* Reusn. *lib. 3. decis. 12. n. 17.* idq; disertè confirmat Rescriptum

86.

87. † Electorale ad Curiam Lipsiensem, sub dato 26. Jun. anno 1616. in quo hæc legenda veniunt verba: So begehren wir gnädigst/ ihr wollet forthin den anhaltenden Parthenen *in primâ instantiâ* keine *citation, inhibition* oder etwas anders/ so dem *process* anhängig/ *decerniren* vielweniger einigen *appellation in secundâ instantiâ deferiren*, sondern die Parthenen mit den Klagen an unsere verordnete Stiffts-Regierung/ mit den *appellationen* aber an uns weisen/ daselbst sie angenommen/ und männiglichen gebührlich Recht wiederfahren sol/ 2c.

CAP. VI.

Adversus quæ judicia, quibusq; in causis hoc privilegium obtineat?

LIX.

Vidimus hactenus personas, quibus hoc privilegium indultum,
1. quasque obstringat, jam progrediamur † ad judicia & Magistratus, quos vigore istius privilegii provocare haud licet, quibusque in causis id obtineat. Cum autem verba pariter Aureæ Bullæ & privilegii Ferdinandini generaliter loquantur; illa etenim *in tit. 11.* ita habet: An kein ander frembd Gerichte zu *appelliren*; at hoc: Weder an uns oder iemand anders *appelliret* werden sol noch mag/ 2c. expeditum hinc redditur, nullum prorsus judicem, nullumq; judi-

judicium existere, quod ab hoc privilegio sit exceptum. Minus sanè † id dubium habet de Camerà Imperiali, quæ verbis expressis 2.
in privilegio Ferdinandino fuit comprehensa: Oder Keyserlich Cammergerichte. Sed nec ad judicium † Curiale, Keyserlich Hoffgericht: Provinciale, Keyserlich Landgericht/ Secretum Westphalicum, Heimlich Westphälisch Gerichte/ Freygeding/ Freygericht/ Freystul/ Rorwilense, à decretis & sententiis Electorum ac Ducum Saxoniæ licet appellare, propter modò allegatam verborum generalitatem, quæ propterea etiam generaliter sunt intelligenda & accipienda, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. l. de precio 8 ff. de public. in rem act. l. ult. C. de hered. vel act. vendit.* Nam † generalis dispositio tantum operatur in speciebus, quantum specialis expressio singularum, *l. 1. §. cum urbem ff. de offic. præf. urb. l. Julianus ff. de legat. 3.* Et generalis locutio singulas species, quæ generi insunt, comprehendit, non aliter, ac si omnes nominatim fuissent enumeratæ atque expressæ, *l. si duo ff. de administr. tutor.*

3. (margin, beside "Cammergerichte. Sed nec ad judicium † Curiale") — 4. (margin, beside "blic. in rem act. … Nam † generalis dis-")

LX.

Sed annon saltem ad judicium † aulicum Cæsareum, an den Keyserl. Reichs Hoff-Rath/ ipsumque adeò Cæsarem, non obstante hoc privilegio, appellare licebit? Non certè dubio id caret, si vera est illa Doctorum maxima, † quod persona concedentis, in privilegio semper censeatur excepta, quodque privilegium, quàm maximè id fieri potest, sit restringendum, *Curt. consil. 5. in pr.* At concesserimus eam; cum mica tamen salis, si non Princeps se ipsum privilegio obligaverit: Quin enim † privilegium concedendo, is juri suo renunciare, seque ipsum privilegio obstringere queat, saltem ex propriâ conventione, *arg. l. 5. C. de obligat. & action.* Acat. Enenck. Baro, *de privileg. lib. 3. n. 38.* ambigendum non est; factum verò id esse hoc in privilegio fateamur, non modò cogit nos generalitas verborum; sed etiam † ipsissima Imperatoris verba clarum hoc faciunt in privilegio Ferdinandino, ibi; Weder an uns/ oder unsere Nachkommen am Reich / oder Keyserlich Cammergerichte/ oder iemand anders *appelliret* werden sol noch mag &c. Ergò ipsum Imperatorem provocare haud licet, quod tamen fieret, si permissa esset appellatio ad judicium vel consilium aulicum, † quod Cæsaris est, ejusque sequitur aulam, Limn. *lib. 9. jur. pub. c. 4. n. 1.* Nam quod Imperii et-

jam consilium nuncupari solet, ut in capitulatione Cæsareâ:
Daß Seine Majest. seinen geheimen und des Reichs Hoffrath / ꝛc
hoc fit intuitu causarum Imperium concernentium, quæ ut plu-
rimùm ibi tractantur & deciduntur, Tob. Paurmeist. *de jurisdict.*
10. *Imper. Roman. lib. 2. cap. 6. n. 16.* Limn. *dict. loc.* Quin † & jam antea
ab Imperatore Carolo IV. haud obscure id privilegii indultum
esse Electoribus, ne ab horum decisis judicium Cæsaris aulicum
provocetur, videre est ex *dict. tit. 11. aur. Bull.* ubi in solo casu de-
negatæ justitiæ, judicium istud à prohibitione appellationis exci-
pitur, *in vers.* Wo aber das Recht ꝛc. ex quo inferendum, regula-
riter provocationibus à sententiis Electorum ad Imperatorem
11. haud dari locum: Nam † qui sibi, suoque judicio curiali vel auli-
co, in uno saltem casu cognitionem reservat, in aliis ei renun-
ciat, quia exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis,
arg. l. quæsitum. 12. §. idem respondit. 43. vers. deniq. ff. de fundo instr. & instrum. legat. Marc. Anton. Amat. *decis. 85. n. 3.* Mastrill. *decis.*
68. n. 2. Dec. *in cap. pervenit. 13. n. 11. extr. de appellat.*

LXI.

12. Non itaque patet locus † nec judicium, ad quod à decretis Do-
mus Saxonicę provocare licet, sed ubivis obstat appellantibus hoc
privilegium; Quod num allegari in scriptis ab Apellato, sufficiat,
an verò citatus comparere, idque probare vel demonstrare te-
neatur, haud extra omnem dubitationis aleam positum videtur.
13. Non etenim sufficit, † exceptionem fori declinatoriam in scriptis
allegari, sed comparere debet citatus, & oretenus exceptionem in
judicio proferre, ne judicis autoritatem contemnere videatur, ut
dicit JCtus Ulpian. *in l. si quis ex aliena. 5. ff. de judic.* Felin. *in cap. su-
per literis n. 18. extr. de Rescript.* Panormit. *in cap. sollicitudinem. 54.
n. 7. extr. de appellation.* Andr. Gail *lib. 1. observat. 34. n. 1.* Joh. Zan-
ger. *de except. part. 2. c. 1. n. 447.* Bernh. Græv. *lib. 1. concl. 34. n. 1.* Hie-
14. ron. Magon. *decis. 42. num. 20.* ex quo dicendum, appellatum † hoc
privilegio parum juvari, si causâ per appellationem à victo ad Ca-
meram devolutâ, non compareat & oretenus id proponat atque
15. excipiat; præsertim, quia † privilegiatus non comparendo nec
jus suum docendo, privilegii fructu dicitur privari, *l. 7. C. de ap-
pellat.* imò mulctari, secundùm Bartol. *in l. 2. ff. si quis in jus vocat.
16. non jerit.* In Camerâ † quoque Imperiali aliud observantiâ haud

intro-

introductum, sed in extrahendis sive decernendis processibus ad fundandam Cameræ jurisdictionem, standum esse narratis supplicantis tantisper, donec in processu causæ contrarium probetur, meminit Andr. Gail. *lib.1. observat.31.*

LXII.

Sed ut hæc ita se habeant de jure communi, & quoad alias exceptiones fori declinatorias; diversa longè est ratio privilegii de non appellando, quod saltem in scriptis allegari sufficit ad declinandam provocationem ad Cameram intentatam, ut verissimè tradunt Dom. Arum. *in disc.5. ad aur. Bull. concl.16.* Joach. Mynsing. *cent.3. observat.6.* Theod. Reink. *de regim. secul. lib.2. class.2. c.8. n.50.* Balth. Kauxdorff. *in disp. in augur. de privil. Saxon. de non evocando & non appelland. th.23.* Procul dubio enim (1.) † nemo inficias ibit, notorium esse privilegium de non appellando domui Saxonicæ indultum, postquam id Cameræ Imperiali solenniter fuerit insinuatum, ut fidem faciunt literæ testimoniales Imperatoris Ferdinandi I. sub dato Speyer 24. April. anno 1560. Quæ insinuatio † etiam maximè fuit necessaria, siquidem privilegia haut insinuata nihil prosunt, Rom. *consil.330. n.19.* Andr. Gail. *lib.1. observat.1. n.11.* Reinking. *dict. c.8. n.44.* Jam verò notoria, probatione ulteriori opus non habent, nec observatur in iis ordo juris, *cap. ad nostram de jurejur. Clem. pastoralis. de sent. & re judic.* Dec. *consil.544. n.6.* Spec. *in tit. de libelli concept. §. nunc dicendum. n.10.* And. Gail. *lib.1. observat.77. n.8.* Quodque jurisdictio Cameræ fundata non sit, quando notorium, narrata supplicationis falsa esse, attestatur ipsemet Gail *dict. observat.31. n.4.* (2.) Eaque videtur † causa, quod in *Recess. Imper. Spirens. de anno 1570.* §. Wir setzen/ ordnen/ rc. expressè fuerit cautum, ut Principes & Status Imperii privilegia sua de non appellando intra certam summam, tempore præfinito, insinuare debeant Cameræ Imperiali, quô scilicet huic innotescant, & processus secundum ea decernantur, uti habent *verba Recess.* Und damit unser Cammer Richter und Beysitzere, sich darnach in Ertheilung der *proceß* und sonsten darauff der gebühr zu verhalten wissen/ rc. quod & postea anno 1600. fuit repetitum, Petr. Denays. *verb. appellationis privilegia. n.30.* Arum. *dict. concl.16.* Reink. *dict. c.8. n.48.* (4.) † Nec aliam fuisse intentioné Imp. Ferdinandi I.

17. 18. 19. 20. 21.

hoc privilegium concedentis, apparet tùm ex tenore ipsius privilegii, *in verb.* Und nicht auff eines iedweden muthwillig fürnehmen/ solche wolhergebrachte Gerechtigkeit des Hauses zu Sachsen erst an unser Cammergerichte weitleufftig vorbringen dörffen/etc. *tùm* ex literis testimonialibus Imp. Ferdinandi modò allegatis, *verb.* Daneben in künfftigen Zeiten und Fällen / das denen entgegen/ dasselbe unser Cammergerichte angelauffen würde / iederzeit derselben zum besten / und wie Rechts wegen beschehen solle/ eingedenck zu seyn/ ꝛc. Quid clarius dici potuisset, quàm quod Camera memor esse debeat istius privilegii, ne semper id denuò sit pro-
22. bandum. (4.) † Et cum tandem provocatio à decretis & sententiis Domûs Saxonicæ ipso facto sit nulla, prout patescit ex verbis privilegii: Auch dieselbige *appellation, reduction, supplication*, und was darauff gehandelt und fürgenommen würde/ gantz krafftlos/ untüchtig und nichtig seyn solle. Daß wir auch alles und iedes aus obbestimbter unserer Keyserlichen Macht/ Vollkommenheit und Rechten wissen/ ietzo alsdann/ und dann als itzo untüglich erkennen / erklären/ *cassiren, annihiliren* und verhindern/ in der besten Form und Weise wir dann mögen thun/ ꝛc. non potest emansio citati efficere, ut eò magis subsistat processus appellatorius, si præsertim ad petitionem appellati, judex à quò, per literas judici Cameræ, statum causæ, forique privilegium exponat.

LXIII.

23. Vim ergò exserit suam † privilegium de non appellando adversus quæque superiora judicia, etiamsi citatus in scriptis saltem id allegaverit; à quò nec litem ullam excipere, nec differentiam aliquam causarum constituere licet, ut satis manifestè innuunt verba privilegii Ferdinandini (In allen Sachen/ ꝛc. in keine weis *appelliret* werden sol noch mag/) modò facultas sit partibus, jus suum
24. penes privilegiatum persequendi; Quod † si enim fides fiat, judicem requisitum denegâsse aut protraxisse justitiam, promotoriales ad excitandum ejus jurisdictionem, & si his paritum haud sit, absque novâ requisitione, citationem partis ad causam in Camerâ agendam, decerni jubet *Ordinatio Camer. tit. 26. §. 1. p. 2.* Et hoc
25. est quod vulgò dicitur, † restringi privilegium de non appellando Saxonicum, si querulantibus justitia fuerit denegata, Gerlac. Buxdorff. *ad aur. Bullam concl. 94 lit. d.* Dom. Arum, *dill. discurs. 5.*

con-

conclus.18. Just. Zinzerl. *de appellat. conclus. 73.* Balth. Kauxdorff. *in dict. disp. inaug. de non evocand. & non appelland. th. 17.* Christ. Besol. *de appellat. c. 2. n. 105 & seqq.* Rectissimè omninò (1.) quia † privilegio isto interdicta est appellatio à sententiis & decretis domûs Saxonicæ, quæ semper administrationem justitiæ, & causæ cognitionem præsupponunt: Ergò si justitia querulantibus denegetur, nec administretur, multo minùs quidquam definitivè in causâ decernatur; cessabit utique privilegium, nec ad casum hunc insolitum & non expressum extendi debet, quia tantum disponit quantum loquitur, & non ultra, ut in simili dicit Bald. *in l. testamenta in fin. C. de testam.* Rol. à Valle *lib. 4. consil. 68. num. 19.* Socin. Jun. *lib. 2. consil. 1 num 27.* (2.) † Quare & sanctio aureæ Bullæ, quâ juris non provocandi Electores Imperii sunt facti participes, casum justitiæ denegatæ verbis disertis excipit, *in tit. 11. vers.* Do aber das Recht nicht mitgetheilet werden wolte / soll allen den vorgemeldten / welchen das Recht versaget worden / ꝛc. zu *appelliren* zugelassen seyn. (3.) † Cum Serenissimi Electores & Duces Saxoniæ, hoc privilegio propterea sint donati, quod existimaverit Imperator, judicaturos esse ipsos pro sapientiâ ac luce dignitatis suæ, perinde ac si ille ipsemet esset judicaturus, *supr. th. 40.* utique si id non faciant sed prorsus denegent justitiam, meritò privilegium cessabit, deficiente scilicet illius causâ, *l. athleta 8. § gentium ff. de excusat. tutor.* Anton. Fab. *in Cod. l. 9. tit. 28. defin. 9. n. 10.* (4.) † Sunt porrò Principes constituti, ut faciant judicium & justitiam, prout Regina Saba dicebat Regi Salomoni, *1. Reg. 10. Sap. 6. Psal. 72.* nam remotâ justitiâ, quid aliud sunt Regna, quàm magna latrocinia? August. *lib. 4. de civ. Dei.* Ergò † si denegaverint subditis justitiam, indignos se faciunt judicantium officio, amittuntq; privilegium de non appellando, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 28. n. 1.* Franc. Vivius *decis. 208. n. 6.* Et si judex ob magnam negligentiam ab officio potest removeri, *l. si quos. C. de offic. præf. prætor. orient. l. cum quibus ff. de procurat.* quidni etiam privilegiis suis privari?

26.

27.

28.

29.

30.

LXIV.

31. Eadem porrò † est ratio provocationis in puncto competentiæ, quam privilegium de non appellando Saxonicum haud impedire potest; Finge: extraneum, qui domus Saxonicæ jurisdictioni se non subjectum contendit, non solùm ad forum Principum Saxo-

niæ

niæ citari, sed etiam rejectâ incompetentiæ exceptione, judicem competentem pronunciari; anne gravatus ad Cameram vel aulam Imperialem appellare prohibebitur ex hoc privilegio? Neu-
32. tiquam † sanè; secundum decisionem Angel. de Perus. *consil. 195. circa fin.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 76. n. 7.* quos sequitur Gerl.
33. Buxdorff. *ad aur. Bull. concl. 94. lit. d.* Quia privilegium † de non appellando ad casum competentiæ se haud extendit: ne si aliter diceremus, omnes causæ de mundo, ut *Dd. prædicti* loqvuntur, ad forum domûs Saxonicæ traherentur, quod esset iniquis-
34. simum, Buxdorff. *alleg. loc.* Nec ipsimet † privilegiati hoc casu appellationem detrectant, prout videre est ex mandato, quô Dn. Fridericus Wilhelmus Pro-Elector Saxoniæ, Consiliarios suos pro impetrandâ privilegii hujus confirmatione & extensione, sub dato Torgæ 30. April. 1597. ad Imp. Rudolphum II. Pragam ablegavit, quod inter alia hæc legenda proponit verba: Nun können wir uns zwar in deme selbst wol bescheiden / daß solch *privilegium* der Krafft und Wirckung nicht sey / daß die jenigen / so des Hauses Sachsens *jurisdiction* nicht unterworffen / hierdurch vor dasselbe gebracht / und ihren ordentlichen Richter entzogen werden solten / wir können auch derentwegen wol geschehen lassen / wenn dergleichen Zweifel der *jurisdiction* halben vorfellet / daß derselbe an gebührenden Orten entschieden werden möge / etc.

LXV.

35. Cautè tamen † hoc casu procedendum est, ac providendum, ne mox ad instantiam appellantis, re nondum cognitâ, compulsoriales ad exhibendum acta primæ instantiæ, multò minus verò inhibitiones decernantur, prout factum à Camerâ Imperiali, in causâ Schaderitz contra Mansfeld / 27. Jun. anno 1595. de quo valdè
36. conquestus † est Pro-Elector Saxoniæ in literis ad Imperatorem Rudolph. II. sub dato Torgæ 10. Decembr. anno 1596. Ich habe auch demnach dieses und anders wider die ausgegangene *process*, zu etlichen malen gerichtlich einwenden und ausführen lassen / vermercke aber gleichwol / daß es wenig in acht genommen / und daß nichts minder so offt nur *appelliret* wird / *compulsoriales*, auch wol bisweilen *inhibitiones decerniret*, auch ungeachtet was ich dawider *excipiren* lassen / ferner darauff *procediret* und verfahrē werde. Wie dann sonderlich in Sachen Schaderitz *contra* Mansfeld / ein gantz

præ-

præjudicirlicher Beſcheid eröffnet/ ꝛc. Solet nimirum in proceſſu quandoque nimium † à Camerâ properari, non ſine præjudicio 37.
privilegiatorum, qui in poſſeſſione vel quaſi juris non appellandi reperiuntur, ac pro ſe fundatam habent intentionem jurisdictionis contra appellantes, ut proinde punctus competentiæ ac devolutionis, priusquam inhibitio & proceſſus appellationis decernatur, definiri debeat; id quod anno 1595. à Viſitatoribus Cameræ Imperiali fuit mandatum. Nec enim † de jure ſubſiſtere poteſt 38.
proceſſus appellationis, antequã de competentiã judicis, ad quem & num legitimè ſit appellatum, certò conſtet; alioquin ſi inhibeat, vel aliud quid mandet judex, priusquam legitimè appellatum eſſe, certò liqueat, partem gravare dicitur, *per text, in cap. Romana.* §. *Si verò*, ubi Gloſſ. & Gemin. ac Philipp. Franc. *extr. de appell. in 6to.* Nam quid ſi Judex appellationis non eſſet ſuperior; aut quid ſi non gradatim appellaretur? Non certè† rectè eſſet appellatũ, nec 39.
ſubſiſteret appellatio in formalibus, *l. Imperatores, ff. de appellat. l. nemo. C. de jurisd. omn. judic.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervat. 119. n. 2.* Guido Papæ *deciſ. 436. n. 3.* Natta *vol. 2. conſil. 271. n. 1 & 2.* Quare cognitio hujus rei ac deciſio præcedat neceſſe eſt, ſuſpenſis interim reliquis omnibus, quæ ad proceſſum ſpectant, Bartol. & *Dd. in l. ex quacunq. & ibi* Jaſon. *n. 45. ff. ſi quis in jus vocat. non erit:* Aſin. *in prax. judic. p. 23. cap. 8.* Marant. *de ordin. judic. p. 4. diſti. ult.* monente † etiam Dn. Pro-Electore in modò allegatis literis: Darumb/ 40.
ob man wol hierauff geſchehen laſſen muß/ daß dieſes/ ob/ und wie das Hauß Sachſen *in jurisdictione in primâ inſtantiâ fundiret* ſey/ auch ob daher die Sache durch die eingewandte *Appellation* dem *Privilegio* zuwider an das Gerichte erwachſen mögen/ oder nicht/ daſelbſt *ventilirt* und rechtlichen darüber erkant werde/ ſo ſollen doch billich zuvor/ und ehe denn ſolches durch richterlichen Beſcheid erkläret/ keine *compulſoriales, inhibitiones*, oder andere dergleichen *præjudicirliche proceß decernirt*; Sondern in anſehung des wolerlangten *privilegii*, mit denſelben ſo lange inne gehalten werden/ bis der *punctus devolutionis* durch rechtliche Erkäntnüß erledigt ſey.

LXVI.

Quid verò juris, † ſi partes in causâ nullitatis ad aulam Cæſaream vel Cameram Imperialem appellare, aut ſaltem per modum 41.
ſimplicis querelæ velint ſupplicare? Haud obſtante privilegiò de

K non

42. non appellando, eos fore † audiendos asserunt Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 26*, Richard. Dieter. *de summ. Imper. potest concl. 127*. Melch. Goldast. *tom. 1, constit. Imper. fol. 100*. Andr. Gail. *lib. 1, observat. 135. n. 4*. Joach. Mynsing. *cent. 4. observat. 68*. Gerlac. Buxdorff. *dict. conclus. 94. lit. d.* Nempe quod remotâ appellatione non censeatur remota nullitatis deductio, Sebast. Vant. *de nullit. tit. qui poss. dic. de nullit. n. 33*. Ludolph. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 4. n. 152*. Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 146*. Rol. à Valle *lib. 1 consil. 94. n. 3*. Fulv. Pacian. *consil. 81. n. 43*. Johan. Vinc. Honded. *lib. 1.*
43. *consil. 27. n. 14*. † quia diversa & separata sunt remedia Appellatio & Deductio nullitatis; ista siquidem iniquitatis vel imperitiæ judicem arguit priorem, *l. 1. ff. de appellat.* ast hæc proprii erroris veniam, & circumventionem adversarii implicat, *l. 19 ff. de minorib.*
44. † Unde adversus sententiam à Præfecto Prætorio latam supplicare licet *l. un. C. de sent. præf. prætor.* â quâ tamen appellare concessum haud est, *l. 1. ff. de offic. præf. Prætor.* idque eò magis, quia longè favorabilior est nullitatis querela, quàm appellatio, ut hinc difficilius excludatur, Hippol. de Marsil. *in tract. Bannitor. verb. nullitas, n. 26*. Theod. Reink. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 6. n. 6*.

LXVII.

45. Contrarium verò, † quod & supplicationem ac nullitatis deductionem excludat privilegium Saxonicum de non appellando, tuentur Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. lit. provocat. resc. c. 1. n. 100. & seqq. usq. ad fin.* Domin. Arum. *indict. discurs. 5. ad aur. Bull. concl. 17*. Balth. Kauxdorff *in disp. inaugur. de privilegio Saxon. de*
46. *non evocando & appellando, thes. 18.* (1.) ex † ipso tenore privilegii Ferdinandini, quo nec appellatio nec reductio, nec supplicatio aliavè provocatio ullô modô admittitur, nicht *appellirt*, *supplicirt*, noch *reducirt* werden sol noch mag in keinerley weise: quæ verba posteriora (nullatenus, nullo modô, nequaquam, penitus) ejus habentur efficaciæ, ut, quia sunt universaliter negativa, comprehendant ea, quæ alioqui non comprehenderentur, Magon. *decis. 38. n. 10*. Hier. à Laurent. *decis. 78. n. 11*. Simon de Præt. *de interpretat. ult. volunt. lib. 2. interp. 3. dub. 2. n. 12. & seqq.* quidni ergò iisdem etiam
47. deductio nullitatis esset notata? (2.) † Idque eò magis, quod renunciatio generalis fuerit annexa speciali quorundam remediorum renunciationi, ex quô tantò fortior habetur, ita ut reliqua omnia

omnia includat, veluti de renunciatione beneficiorum fidejusso-
ribus concessorum, dispositum *in Constit. Elect. 17. part. 2.* ubi Dan.
Moller. *n. 1.* Joh. Küppen *decis. 33. n. 12.* Valent. Franc. *de fidejuss. c. 5.*
n. 355. Matth. Colec. *de process. execut. part. 1. cap. 18. n. 449.* Wesenb.
part. 4. consil. 10. n. 28. (3.) † Et quis non animadvertit, si provoca- 48.
tio admitteretur nullitatis pallio tecta, fraudem esse adinventam
privilegio, cum quivis jus appellandi sibi haud cõcessum animad-
vertens, nullitatis deductionem prætendere posset; atqui privile-
gium ex gratiâ singulari à Principe indultum haut illusorium esse
debet, *c. si civit. extr. de sentent. excomm. in 6to.* sicuti nec alia quæ-
vis dispositio effectu suo defraudanda, Petr. Pec. *de testam. conjug.*
l. 3. c. 17. n. 2. Jac. Menoch. *consil. 392 n. 10.* Surd. *consil. 125. n. 8.* (4.) † 49.
Cumque hactenus in provinciis Saxonicis obtinuerit, ut nullita-
tis querimonia coram Electoribus & Ducibus Saxoniæ mediatè
vel immediatè intendatur ac proponatur, præfixo ad id certo ter-
mino, ita scilicet, ut læsus intra sex septimanas & tres dies à termi-
no publicatæ sententiæ computandos, nullitates allegare, & in
proximè sequenti termino in judiciis Curialibus & supremo Ap-
pellationum Dicasterio, ubi fixi & certi habentur termini, in aliis
verò inferioribus judiciis intra terminũ duplicatum Saxonicum
ad deducendas atque probandas eas, citationem impetrare teneren-
tur, Ordin. process. judic. Elect. Sax. *tit. 38. post pr.* quo termino præ-
terlapsô ulterius de nullitate experiri potestas læsô haud est, Paul.
de Castro *lib. 2. consil. 289 n. 2.* Sigism. Scaccia *de appellat. part. 2. q. 19.*
Remed. 1. concl. 4. n. 46. Robert. Lancellot. *de attent. part. 2. c. 27. n. 128.*
& seqq. utique † in hâc nullitatis deductione est acquiescendum; 50.
nec audiendi sunt, qui talia velamenta in vim elusionis Cameræ
propinant, ut loquitur Knich. *dict. loc. n. 135.*

LXIIX.

Sunt hæc utriusque † partis præcipua tela, quorum vim & acu- 51.
leos explorare non audet Just. Zinzerl. *de appellat. concl. 73. lit. g.*
subsistens in pugnâ, quam hîc Camera cum aulâ Saxonicâ habet.
Existimat nempe Camera, † non obstante privilegiô Saxonicô, su- 52.
per nullitate coram se agi posse. Unde in causâ Auffschers / con-
tra Rosenawer anno 1591. & in causâ J. contra S. de relaxando ca-
ptivo anno 1592. Mense Junio, necnon in causâ B. contra S. anno
1594. Mense Martio, mandata contra Ducis Saxoniæ decreta, re-

fert ex Gylman. *tom.3. Symphor. fol. 274.* Joh. Limn. *lib.3 jur.publ. cap.10.n.39.*

53. † Sed ægrè fert hæc attentata Cameræ aula Saxonica; nec tantillum in causâ nullitatis privilegio suo ademptum concedit. Sanè, licet prætensio Cameræ aliquando adeò plausibilis mihi visa fuerit, ut existimaverim, eam cum sibillinis multum participare foliis, quam & defensare annixus sum in Comm. *in Leg. Reg. German. c.9. sect.7. n.10. & seqq.* attamen

54. † postquam aulæ Saxonicæ jura & quid Consiliarii Pro-Electoris Saxon. Friderici Wilhelmi, imprimis verò Hartmannus Pistoris & Petrus Heigius in scriptis hâc de re consignaverint, attentiori animo pensitavi; non possum non jura hæc Ducum Saxoniæ tueri ac firma prædicare;

55. idque † omissis aliis vel ex hôc unicô fundamentô, quod privilegium Ferdinandinum decreta & judicata Electorum & Principum Saxoniæ in perpetuum firma ac rata manere velit, prout verba habent privilegii: Sondern ihrer Liebden und deren Nachkomen Erkäntnüß/ Urtheil/ *Decret* und Abschiede sollen gantz kräfftig und mächtig seyn/ stets bleiben und vollnstreckt werdẽ. At fieri id non potest, si per querelam nullitatis in Camerâ vel aulâ ea impugnare & retractare liceret.

56. † Sintemal sonsten bey *Deductione nullitatis* nachgelassen seyn solte/ der Chur und Fürsten zu Sachsen Urthel und Erkentnüß ja nicht kräfftig/ mächtig seyn/ stets bleiben noch vollstrecket/ sondern durch solche *viam nullitatis* würden *retractiret* werden können/ und würden also beydes diese und auch andere allgemeine Wort gantz vergeblich seyn/ welches aber von einem solchen *privilegio*, so nach vorgehender stattlichen Berathschlagung/ und mit so vielen *prægnantibus verbis & clausulis*, von der Römischen Keys. Majest. selbst allergnädigst gegeben/ gar nicht gläublich noch zulässlich; verba hæc sunt Consiliariorum Saxonicorum.

LXIX.

57. 1. Didicimus porrò ex scriptis Consiliariorum, † nullam juris ac privilegii de non appellando existere causam impulsivam, quæ non etiam locum sibi vendicet in causâ nullitatis. Hoc ut planum faciamus, brevissimis repetere lubet causas & rationes privilegii

58. *supr. th.40. & seqq.* recensitas. Fuerunt hæ (1.) † studiũ ac solicitudo Domus Saxonicæ in benè & rectè ad administranda justitiâ, quod inde crediderit Cæsarea Majestas, Principes Saxoniæ non aliter judicaturos, quam si ipsamet aulâ vel Camera Imperialis functionem

nem

nem judicandi subiret. Hæc confidentia in negociis ac causis maxime arduis, cur deficeret in passû nullitatis? quæ potissimum formalia saltem processus concernit, Andr. Gail. *lib.1. observat.24.n.1.& seqq.* Anton. Fab. *in Cod.lib.4.tit.15.defin.61.* (2.) † Magnificentia Electorum, & cura pro rebus Imperii: num admittat, ut cognitio super nullitate ipsis eripiatur, judicent, quibus rerum Imperialium pondus ac difficultas innotuit, ut profectô absonum sit minimum adimere illis, quorum fidei maxima sunt concredita, Everh. *in topic.loc. à major.ad min.* (3.) † Ignorantia juris Saxonici: num in puncto nullitatis judicium remorari queat, vix ambigent aut inficias ibunt, quibus perspecta est differentia processûs juris communis & Saxonici, nec enim ut illam ex legibus, ita & hanc ex speculo juris Saxonici, sed fori observantia addiscere licet. Hartm. Pistor. *part.2.quæst.13.in fin.* Petr. Heig. *lib.2. quæst.17.n.44.* quid porrò specialiter circa processum nullitatis in foro Saxonico receptum sit, docet *Ordin.process.judic. Elect. Saxon. tit.38.* (4.) † Plurium in provinciis Electorum & Ducum Saxoniæ instantiarum cumulatio: annon suspicionem præbeat malitiæ eorum, qui de nullitate conqueruntur? dicant, qui in judiciis & Dicasteriis assident; norunt siquidem hi, quâ fide, quâ dexteritate acta legantur, negotia ponderentur; ad leges & fundamenta juris revocentur, ipsaque processûs formalia examinentur, † ut impossibile sit credere, tot judices erràsse, nec punctum nullitatis advertisse, si aliàs verum, uti verissimum est, illud sapientis: Salus multa ubi multa consilia, *Prov.11.vers.14.* Petr. de Anchor. *consil.157.n.3.* Vivius *decis.401.n.40.lib.3.* integrumque est judicium, quod multorum comprobatur sententiis, Tiraquell. *de pæn. caus.51.n.63.& seqq.* & facilius invenitur, quod à pluribus sapientibus quæritur, Bald. *in l.juris.n.5. C. qui admitti ad bon.poss.possunt.* Thoming. *decis.23.n.15.* (5.) † Leuteratio & Oberleuteratio in provinciis communissima: in quâ cum ad nauseam nullitatis processus tractari potuerit, quis ulteriorem hujus nomine provocationẽ admittere ausit? si non prorsûs invertere velit jura, quæ à tot provocationibꝰ abhorrent, *l. un. C. ne tertiò provoc. lic. l. C. de sent. & interloc. judic.* (6.) † Et tandem favor litium abbreviandarum: Hisce autem si adderetur querela nullitatis ad Cameram, vel aulam Cæsaream,

59. 60. 61. 62. 63. 64.

65. nonne lites in infinitum crescerent? quis finis malitiæ litigantium? quis terminus judicii protracti? quod tamen finiri † maximè interest Reipublicæ, *l. properandum 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. l. 2. in pr. ff. de aquâ & aquâ pluv. arcend l. 10. C. de transact.* Morlo *in empor. jur. part. 1. tit. 3. q. 2. n. 17.* Manifestissimum hinc redditur, rationes ac causas privilegii de non appellando & ipsam nullitatis querelam à Camerâ prorsus relegare, † ut verè concluserint Consiliarii Saxonici: Darumb/ ob man es schon sonsten dafür halten will/ *quod prohibitâ appellatione, non censeatur prohibita nullitas;* So kan doch dieses aus angezogenen und andern umbständen und rechtmessigen wolergründeten Ursachen allhier nicht statt finden/ sondern solte billich an ihme selbst gantz und gar keinen Zweifel haben/ daß solch *privilegium* auff die *nullitet* so wol/ als auff die *appellation* zu verstehen sey/ etc.

66.

CAP. VII. & ultimum.

Effectus privilegii de non appellando quinam?

LXX.

1. Restat ut paucis dicamus † de effectu privilegii de non appellando, qui respectu Autoris privilegium concedentis; Domûs Saxonicæ: ipsorumq; litigantium diversimodè considerari potest, ac verè triplex existit. † Nam quoad autorem, privilegium hoc in eo suum exerit effectum, quod nec ad Cameram, nec ad ipsum Imperatorem à sententiis & decretis Electorum ac Principum Saxoniæ provocare liceat: Est ergò † per hoc jus appellationem recipiendi Cæsareæ Majestati ademptum, non quod Imperator privilegio ipsemet sit obstrictus; nec enim quisquam sibi ipsi legem imponere valet, *l. quod autem. §. uxori. ff. de donat. int. vir. & uxor.* nec Prætor se ipsum cogere, nec triplici simul officio fungi potest, putà: dicentis, coacti & cogentis, *l. ille, à quo §. tempestivum. ff. ad SCT. Trebell.* sed quia fieri non potest, † ut recipiendo provocationem non revocet privilegium, quod tamen revocabile non est, Cravett. *consil. 21. n. 14.* Treutler. *consil. 50. n. 53. & seqq.* præsertim cum id juramento confirmaverit in Capitulatione Cæsareâ, §. Auch die Churfürsten/ 17. *vers.* Insonderheit auch etc. quamvis & injurata suffice-

2.

3.

4.

sufficeret promissio; Principis † siquidem verbum multorum in- 5.
star testium esse debet, *cap. cum à nobis. ex in. de test.ib.* Joach. Mynsin.
5. observat. 34. n. 1. & injurato potiùs Regi, quàm omnibus juratis
fidem adhibendam esse, ex Isocrate scribit Chassan. *de glor mund.*
part. 5. considerat. 4. cum ipse procedat solâ veritate inspectâ, *l. o-*
mnium C. de testam. Zas. *in l. quæ quæq. n. 11 ff. de edend.* Jacob. Me-
noch. *de arbitr. judic. quæst. q. 76. n. 2.*

LXXI.

Nisi quis nobis opponat, gratiam Principis † benè revocari pos- 6.
se per tradita Carol. Tap. *in l. ult. part. 2. c. 9. n. 56. ff. de constit. Princ.*
Didac. Covar. *lib. 3. variar. resolut. 6 n. 1.* Guid. Pap. *cons. 65. dub. 1.*
Aym. Craver. *consil. 241. n. 2.* Gylman. *in Symphorem. tom. 2. part. 1.*
vol. 9. n. 5 & seqq. Octav. Cacheran *decis. 90. n. 15.* Paul. Matth. Weh-
ner. *in observat. pract. verb.* Auff Wolgefallen/ ubi expressè tradit,
privilegium tale ad placitum concedentis revocari. Sed conceda-
mus † hoc de privilegiô ex merâ gratiâ indultô; non certè hinc 7.
quicquam inferendum ad privilegium per modum conventionis
& ob benè merita concessum; quod absque causâ justâ ac suffici-
ente revocari nequit, Acac. Eneuckel. Baro *de privileg lib. 3. cap. 8.*
Joh. Göd. *4. consil. Marpurg. 16. n. 323. & seqq.* Matth. de Afflict. *de-*
cis. 128. n. 10. & 11. addit. lit. a. Jacob. Menoch. *consil. 2. 139.* Anton.
Quetta *consil. 12. n. 8.* Andr. Gail. *lib. 2. concl. 60. n. 15. & seqq. ac ibid.*
Bernh. Graev. *2. concl. 60. in Caron. 1.* † scilicet quia ejusmodi privi- 8.
legium transit in contractum, Bartol. *in l. 2. num. 6. ff. de jur. immun.*
Bald. *in l. qui se patris n. 34. C. unde liber.* Carol. Tap. *dict. loc. n. 1.* quô
Princeps æquè obligatur, Bald. *in lib. 1. ff. constit. Princip.* Vult. *3. con-*
sil. Marpurgens. 35. n. 114. jureque utitur privatorum, Petr. Gregor.
Tholosan. *lib. 8. de Repub. c. 8.* Zasius *ad l. 2. §. eodem tempore. n. 21 ff.*
de origin. jur. Casp. Anton. Tessaur. *quæst. forens. 100. n. 16. lib. 1.* Andr.
Gail. *lib. 2. observat. 55. n. 7.* † ut non immeritò ad casum referatur 9.
insolitum, si Princeps sit nescius conventionum & pactorum, Ale-
xand. *lib. 3. consil. 97.* Cyn. *in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer.* qui-
bus etiam ipsemet ligatur Deus, ut ex Magist. sentent. scripsit
Bald. *in l. 1. in pr. ff. de pact.* Quis verò ambigere velit, † privilegium 10.
de non appellando Electoribus & Ducibus Saxoniæ ob benè me-
rita & sic ex conventione fuisse indultum, convictus ipsismet pri-
vilegii Ferdinandini verbis: Das haben wir angesehen solch seiner
Liebden

Liebden gethane ziemliche Bitt/ auch die vielfältige/ getreuwe/ angenehme/ nützliche Dienste/ die Seine Liebde und andere Fürsten zu Sachsen und ihrer aller Voreltern unsere Vorfahren am Reich und dem heiligen Reich in viel Wege gethan/ und Seine Liebde hinfür auch wollen thun/ mag und sol/ etc.
11. Quin † & si nuda gratia Imperatorem ad hoc impulisset, multò tamen verecundius, & Majestate ejus esset dignius, privilegium ita semel concessum sine causa non revocare, per tradita Nicol. Reusner. *lib.1. consil.1. n.177.* quia
12. vel † sola mutatio voluntatis in supremo Principe videtur indigna ejus Majestate, Anton. Fab. *in consult. de Ducat. Montisferr. part.1. fol.11.*

LXXII.

13. Videtur nihilominus † detractum quid superioritati & Majestati Cæsaris per concessionem hujus privilegii, si credamus Joh. Bodino, qui indultu juris non provocandi, ipsam imperii Majestatem enervari contendit, *lib.1. de Republ. c.10.* nec Principem salvâ Majestate privilegium concedere, ne ad se appelletur, tradunt Molin. *in consuet. Paris. tit.1. §.3. gloss 4. verb. Serment. n.18.* Benedictus *in cap. Raynutius, verb. & uxorem. decis.2. n.24.* Georgius
14. de Cabedo *decis.11. n.2. & decis 40. n.12. part.2.* Unde † Johannes Rex Franciæ non parum Majestati detraxisse dicitur, quod Eduardo Anglo Aquitaniam totam sine provocatione, pacto Carnutensi cesserat. Cujus provocationem enim tibi non retines, inquit Henn. Arnis. ejus ne superioritatem quidem habes, quam abdicare salvo Imperii jure, Princeps non potest, *de Regal. lib.2. c.4. n.5.*
15. † Sed fallunt quicunque ita senserint; nonne enim Imperatores Privilegio de non appellando Præfectos Prætorio condecoraverunt, *l.1. §.1. ff. de offic. præf. Prætor. l. un. C. de sent. præf. Prætor. l. ult. §.5. C. de tempor. appell. l.35. C. de appellat.* nonne D. Hadrianus idem juris concessit Senatui, *l.1. §.2. ff. à quibus appell. non licet,* nonne Imp. Justinianus eodem beneficio magnificos suos Judices donavit, *l. in offerendis. 37. C. de appellat.* nec tamen putandum, Imperatores
16. istos per id quidquam Majestati suæ detraxisse; † Cur non ergò salvâ Majestate ejusmodi privilegium concedere etiamnum possent? Ordin. Camer. *part.3 tit.28. §.* Und dieweil/ *vers.* Es were denn/ Thom. Mich. *de jurisdict. concl 26. lit.b.* Gerlac. Buxdorff. *in differt. ad aur. Bull. th.94. lit.c.* Dom. Arum. *in discurs.5. ad aur. Bull. concl 3.*
17. Ac † quò minus de hoc dubitetur, Camera Imperialis privilegium

hoc

hoc cum expressa protestatione de reservata Imp. præminentia & superioritate acceptavit, quô de fidem faciunt Consiliarii Electorales Saxon. Abraham à Bock & Joh. ab Obernitz ad insinuandum Cameræ privilegium Spiram ablegati, hisce formalibus sub dat. Speyer 28. Jul. anno 1560. D. Augusto Electori † rescribentes: 18.
Hierauff ist den andern Gerichtstag/ welcher den 24. dieses Monds gehalten worden/ durch den CammerRichter und alle Beysitzere/ dieses unsers begehrens/ mit annehmung des *privilegii* vorbehältlich des Röm. Reichs und Keys. Majest. *præminenz* und Gerechtigkeit auch männigliches *interesse &c.* Uhrkund unter des Gerichts Jnsiegel ferners Jnhalts der *recognition* zuerkant worden/ ꝛc. Idemq; 19.
fassus † est ipsemet Imp. Ferdinandus I. in literis testimonialibus factæ insinuationis, sub dato Speyer/ eodem die & anno, *hisce verb.* Ist dieselbe (*insinuation*) doch vorbehältlich des heiligen Reichs Ober und Gerechtigkeit/ auch männiglichs *interesse* und einreden/ dargegen jederzeit vorzubringen/ so viel recht/ hiemit angenommen. Nec aliam fuisse intentionem D. Augusti Electoris Saxon. privilegium de non appellando impetrantis, † propria ejus verba testatum faciunt, quæ leguntur in literis supplicatoriis Imperatori 20.
exhibitis: Es ist auch ein und der andern meiner freundlichen lieben Vettern/ der Fürsten zu Sachsen Gemüth nicht/ dadurch Ew. Keyserl. Majest. und dem heiligen Reich gebührenden Gehorsam zuentziehen/ oder sonsten Ew. Keys. Maj. dem Reich und desselben Cammergerichte an ihrer Hoheit/ *præminenz* und *reputation* etwas abzubrechen/ ꝛc.

LXXIII.

Accuratius † si quis id percipere velit, distinguat is inter formam ipsius Majestatis, quæ in dignitate & superioritate Imperatoria consistit; & ejusdem effecta, quæ nihil sunt aliud, quam tesseræ & signa supremæ potestatis, inter quæ etiam referri debet extrema provocatio. Quantumvis enim horum, per concessionem alii participes fiant, superioritas tamen ac dignitas, adeoque ipsa majestas remanet penes concedentem, Dom. Arum. *dict. discurs. 5. concl. 13.* Nimirũ, nec † ultimâ provocationẽ, nec alia Regalia Imperator per quandam potestatis suæ abdicationẽ seu pacificationem Proceribus Imperii largitur; sed per concessionem & modũ beneficii, reservatâ sibi de illis omnibus supremâ recognitione, ut radicaliter in ipso, tanquam fonte perenni, Regalia regalio- 21. 22.

 rum

rum residerent, effectivè verò sine radicis ipsius læsione & scaturi-
ginis obstructione ad Proceres Regni dimanarent, Theod. Reink.
23. *de regim. secular. lib. 1 class. 5. c. 6. n. 103.* Quod † eleganter expressit
Frider. II. Imperator in privilegio Archiducibus Austriæ indulto,
inquiens: De fulgore throni Cæsarei, velut ex sole radii; sic cæte-
ræ prodeunt dignitates & potestates, ut primæ lucis integritas me-
morati luminis non sentiat detrimenta, tantoq; magis Imperiale
sceptrum extollitur, & tantò magis cura Regiminis & sollicitudi-
nis relevatur, quantò tribunal ipsius digniores in circuitu circum-
spicit Regiones. Hâc igitur consideratione commoniti, qui cœ-
lesti providentiâ Romani Imperii moderamur habenas, soli no-
stri decus, tàm veterum dignitatum ornamentis fovemus, quàm
novis honoribus ampliamus, apud Petr. de Vineis *lib. 6. Epist. 26.*
24. Idemq; † iisdem ferè declaravit verbis prædictus Imp. Fridericus
II. in investiturâ Wenceslai I. Bohemiæ Regis, de anno 1231. in-
quiens: Tunc imperiale fastigium suâ rutilat dignitate ac poten-
tiæ suæ sceptra clarificat, cum ad Reges & Principes suo subjectos
imperio suæ claritatis radios effundit, & ipsis paterna regia mu-
nificâ largitione confirmat; quæ investitura reperit[ur] *de duct.
Bohem. inter literaria documenta, pag. 32.*

LXXIV.

25. Secundus † Privilegii effectus ipsos concernit Electores & Duces
Saxoniæ, quibus hoc juris indultum est, ut in ipsorum sententiis &
decretis sit acquiescendum, unde correctio aliqua in Camerâ vel
aulâ Cæsareâ haut metuenda; Atq; ita privilegii effectus Domui
Saxonicæ tribuit Regale provocationis extremæ: quâ ipsimet ta-
26. men Principes non juvantur, † quò minus in Camerâ convenire
queant, ibique stare cogantur. Nec enim privilegium Saxonicum
27. de non appellando quicquam commune habet † cum causis in pri-
mâ instantiâ ad Cameram pertinentibus, sed integra est in iis con-
tra Saxoniæ Duces Cameræ jurisdictio, Ger. Buxdorff. *ad aur. Bull.
dict. concl. 94. lit. c. in fine.* Joh. Limn. *lib 3 jur. publ. c. 10. pag. 151. in not.
28. margin.* Dom. Arum. *in dict. disc. 5 concl. 19.* idque contra † Admini-
stratorem Saxon. anno 1594. practicatum refert Thom. Michaël.
29. *de jurisdict. concl. 26. lit. e.* Quin nec † præsumendum, D. Augustum
Saxoniæ Electorem à Ferdinando I. Imp. privilegium extremæ
pro

provocationis hoc animo & intentione petiisse ac impetrâsse, quò se & Duces Saxoniæ jurisdictione Cameræ vel Imperatoris subtraheret, de quo potius † expresse fuit protestatus in literis supplicibus pro impetrando hoc privilegio Cæsareæ Majestati in Comitiis 30.
Francofurtensibus, die 1. Martii anno 1558. exhibitis, quæ inter alia hæc proferunt verba: Wie denn meine Vorfahren in Sachen/ so ohne Mittel an das Cammergericht/ Inhalt der Reichs Ordnunge gehörig/ und dieselben als Parth belanget/ der Röm. Keyserlichen/ und des Reichs Cammergerichts *jurisdiction* niemals geflohen/ sondern darinnen Recht geben und genommen haben/ als ich denn solches gleicher gestalt thue/ auch noch ietziger Zeit in etlichen anhängigen Sachen Beklagter bin/ und des Keyserl. Cammergerichts *jurisdiction* und Gerichtszwang mich nicht weigere/ oder derer widersetzig mache. † Quæ protestatio postmodùm iisdem ferè verbis 31.
& formalibus privilegio Ferdinandino fuit inserta, *in pr. vers.* Wie denn seiner Liebden Vorfahren auch seine Liebde selbsten &c.

LXXV.

Manifestum porrò hinc redditur, † beneficio hujus privilegii Electores & Duces Saxoniæ non eximi ab Imperio, nec quicquam 32.
Majestatis in provinciis Saxonicis illis attribui; ex quo enim beneficium istud juris non appellandi haud quicquam detrahit Majestati & superioritati Imperatoris, ut diximus *th. 72. & 73.* hoc ipso omnem privilegiatis denegat spem superioritatis, Majestatisque participationem: quod probè intellexit D. Augustus Elector Sax. † in prædictis literis supplicibus omnem exemtionis suspicionem hisce formalibus à se removens: Daß also durch meine Vorfah- 33.
ren/ oder mich/ keine *exemption* von dem gebührlichen Gehorsamb und Hoheit Ew. Keys. Majest. oder des heiligen Reichs hierinnen gesucht wird/ derenthalben bedencklich seyn könte/ Mich und das Haus zu Sachsen bey solcher Gerechtigkeit des nicht *appellirens* bleiben zu lassen. Utuntur † nimirum Duces Saxoniæ jure provocationis extremæ saltem ex concessione quadam speciali, reserva- 34.
tâ nihilominus Imp. superioritate ac Majestate, perinde ut in Regalibus fieri videmus, quæ non jure societatis Principibus & Statibus Imperii in ditionibus suis communicantur, sed duntaxat cumulativè quasi iis conceduntur, ita nempe, ut haud jure proprio, sed nomine concedentis illa possideant, unde nec quicquam

de Majestate participare videntur, eâ soli concedenti reservatâ, c. dudum. § hoc igitur. extr. de prab. in 6to, l. inquisitio. ubi Dd. C. de solut. M. Anton. Peregr. de jure fisci. lib. 1 tit. ult. n. 33. Christ. Besold. de appellat. c. 2. n. 16. vers. 59. Andr. Knich. de jur. territor. c. 1. n. 315. quo
35. intuitu superior † Majestate praeditus, jura Majestatis sive Regalia per inferiorem iis privilegiatû exercere censetur, perinde ut Usufructuarius vendens usumfructum per emtorem dicitur uti frui, l. 38 l. 39. & l. 40. ff. de usufructu. Quod haud obscure † comprobavit
36. Henricus II. Imp. qui, cum jus signandę monetę largiretur Episcopo Patavino, in unâ parte nummorum, nomen ac imaginem Imperatoris, in alterâ verò urbis figurâ exprimi jussit, Carol. Sigon. lib. 8. hist. italic. ad innuendum scilicet, non nisi Imperatoris nomi-
37. ne Regale hoc exerceri. Est verè idem, † quod Fridericus I. Imperator anno 1162. Cremonensibus concedens Regalia fidelitatem ac superioritatem hisce exceperit verbis: Nemo à vobis Consul recipiatur, nisi juret, se 200. marcas argenti boni quotannis pro concessione horum Regalium soluturum, nobisque fidelitatem praestiturum, Joach. Cluten in Syllog. rer. quotid. quô ipsô Regalia proprio usui ac juri videbatur reservare, quippe re ipsâ utitur, qui ex eâ consequitur lucellum, dict. l. 39. & l. 40. ff. de usufr.

LXXVI.

38. An ergò † Electores & Duces Saxon. omnis majestatis in Imperio expertes dicemus? Nequaquam sanè, cum sint Proceres & Status Imperii, quos in consortium Majestatis ab Imperatore receptos, asserit Bernh. Zieritz in tract. de princip. praerog. & rectè hoc
39. asserit. Quorsum † enim horum non modò consilium sed & consensus in decernendis ac definiendis Imperii negotiis requiritur? cum Recessibus Imperii semper ferè haec clausula conspiciatur adjecta: Und haben wir uns mit den Ständen/ und sie sich hinwiederumb mit uns verglichen; Tob. Paurmeist. de jurisd. Imp. Roman. lib. 1. c. 4. n. 39. & seqq. Bernh. Berttam de Comitiis th. ult. Christ. Be-
40. sold. in tract. de jurisd. Imp. Roman. quaest. 13. Quorsum † hoc, quod Proceres Imperii solius Dei gratiae suam potentiam subjiciunt? dum in scriptis suis, Epistolis atque edictis hac utuntur locutione: Wir von Gottes Gnaden/ quem titulum nemini, nisi qui solùm Deum, nec ullum alium Principem externum pro superiore recognoscit, competere, judicat Chassan. ad consuet. Burgund. in proam.

ad

ad verba, par la grace de Dieu. Jac. Menoch. consil. 2. n. 104. Quorsum † decretum illud Cæsareum: Daß der Churfürsten Hoheit und authoritet mit eines Röm. Keysers Gewalt und Hoheit/ daher sie auch fleust/ dermassen verbunden/ daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden/ auch eine ohne die andere nicht bestehen kan? apud Bruning. de variis universitatum speceib. concl. 10. Nimirum, † etsi Proceres Imperii disjunctim considerati, & ut singuli in administratione suarum provinciarum, quam potestatem recentiores vocant, jus territorii vel jus superius, Die Landes Fürstliche oder Landes Obrigkeit / Carol. Sigon. de regn. Ital. lib. 7. Besol. de jurisdict. Imp. Rom. quæst. 18. † quô intuitu etiam domus Saxonica jure non appellandi est privilegiata, nec summam potestatem nec Majestatem habent, sed saltem Domini sunt suarum ditionum atq; provinciarum, & subditi ac Vasalli Imperii, Dan. Otto in disc. de Majest. Imper. & imperant. pag. 40. † attamen, quà Status sunt Imperii, honos ac titulus Majestatis invidendus ipsis haud est. 41. 42. 43. 44.

LXXVII.

45. Tertius denique † effectus juris non appellandi, ipsorum litigantium malitiam compescit, ne lites in infinitum protrahantur: in quô tamen conqueri non habent de ullâ præcipitantiâ, postquâ in judiciis Saxonicis, Leuteratione pariter ac Oberleuteratione iis abundè provisum, ut provocatione aliâ succurrere eis necesse haud sit, Andr. Knich de Saxon. non prov. jur. verb jus. c. 4. Quâ in re ulteriori me non dabo indagationi. Unicum † saltem mantissæ loco apponere lubet, annon in Domô Saxonicâ à Principe malè informato ad meliùs informandum appellari possit? Vereor sanè, ne si quis id affirmare ausit, numerosam in se concitet turbam pragmaticorum, qui † hanc provocationem ex omni appellationum agro exstirpandam contendunt, Petr. Heig. lib. 1. q. 10. n. 14. & seqq. Andr. Gail. lib. 1. observat. 155 n. 7. Theod. Reink. de regim. secul lib. 1. class. 5. c. 9. n. 47. & seqq. Petr. Syn. de pac. Relig. sb. 14. lit. a. Zinzerl. de appellat. concl. 65. lit. c. alios silentio prætervehor, ne uterum gestare videatur catalogus, † quia & stultitiæ notam vix effugiet, qui admoneri velit, quod à Principe appellare fas non sit, cum ipse sit qui appelletur, ex mente Ulpiani in l. 1. §. 1. ff. à quib. appellar. non licet Franch. in Rub. n. 9. de appellat. Claud. Cantiun. de offic. judic. lib. 2. c. 4. n. 5. Rebuff. de appellat. art. 7. gloss. 2. 27. tom. 3. scilicet, † quia de sub- 46. 47. 48. 49.

substantiâ appellationis est, ut fiat à minore ad majorem, non ad eundem *l.1.§. si quis in appellat. ff. de appellat.* Sigism. Scaccia *de ap-*
50. *pellat. quæst.2. art.1.n.1.* quare † in aulâ Electorali Saxonicâ semper repulsas fuisse preces eorum, qui ad hoc genus appellationis convolare ausi sunt, meminit Heig. *quæst.10.num.52.* Et ejusmo-
51. di appellationem non solùm per rescriptum † Cæsareum cum reprehensione 16. April. anno 1614. rejectam, sed & Notarium, qui desuper instrumentum confecerat, officio & privilegiis Notariatûs exauctoratum & exutum fuisse, refert Reinking *dict. cap.9. n.45.* ubi porrò subdit *num.61.* in aulâ Cæsareâ 6. April. anno 1628. per
52. Consiliarios aulicos fuisse decretum, † daß Ihre Keyserliche Majestät die *appellation à Cæsare malè informato ad melius informandum*, als nichtiglich und straffmessiger weise eingewendet, die auch an sich selbst *null* und nichtig / von Röm. Keyserl. Majest. hiemit
53. *cassiren* und auffheben. In aulâ † quoq; Saxonica ejusmodi provocationem ceu insolitam die 20. Martii anno 1639. fuisse rejectam, memini ipsemet & dixi *Respons. Elect.126.tit.4.n.15.& 16.*

LXXIIX.

54. Videmus nihilominus † provocationem à Principe malè informato ad eundem melius informandum, nonnunquam fuisse probatam, prout testatum faciunt exempla Ludovici Bourbonii Principis Condæi anno 1560. appellantis à sententiâ Francisci II. Galliarum Regis, quam in senatû causâ cognitâ tulisse dicebatur, Johan. Bodin. *de Republ. lib.1. de Republ. cap.ult. num.163.* Johann.
55. Limn. *lib.2.jur. publ. cap.9.num.108.* † Capitularium Argentinensium anno 1585. Chrioph. Besold. *de appellat. cap.2 n.10.* Heig. *dict.*
56. *quæst.10.n.19.* Zinzerl. *dict. conclus.63. lit.c.* Ducum † Luneburgensium Henrici & Wilhelmi, in causa inter ipsos ab unâ & Civitatem Magdeburgensem atque Hamburgensem ab alterâ parte anno 1569. vertente, Joh. Dauth. *de testam. p.68 n.36.* Limn. *dict. c.9.*
57. *num.11.* † Ducum Megapolitanorum contra Ducem Juliacensem
58. in causâ Sessionis in Comitiis 7. Augusti anno 1576. Senatûs † Fridburgensis in causa Statûs contra Burggravium anno 1612.
59. Ducum Saxoniæ † Vinariensium contra Aldenburgenses in causâ præcedentiæ & primogenituræ 12. Febr. anno 1608. quam appel-

appellationem Pragæ in aulâ Cæsareâ 24. Augusti dicti anni 1608. insinuatam, refert Reinking. *dict. cap. 9. num. 51.* Constat præterea † Wagandum Episcopum Bambergensem à sententiâ contra ipsum à Carolo V. Imperatore pro Alberto Marchione Brandenburgensi lata, quasi male informato ad melius informandum appellâsse, eamque appellationem anno 1552. & 1553. assistentibus Franconiæ Statibus admissam fuisse, Johan. Sleidan. *lib. 24. comm.* 60.
† Quis hinc non existimaverit, subsistere decisum ut liceat quoque in Dom. Saxonicâ à Ducibus malè informatis, ad eosdem melius informandos appellare, siquidem exempla rem quasi digito ostendunt & tactui subjiciunt, Bald. *vol. 1. consil. 347* Hyppol. Riminald. *consil. 602. num. 27.* ab iisq; legitima sumitur probatio ad juris constituti existentiam & observantiam, *arg. Clem. 1. de probat.* Innoc. *ad cap. cum apostolica. verb. datur intellig: extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit.* Bartol. *ad l. nemo. 13. C. de sent: & interlocut. omn. judic.* 61.

LXXIX.

Quid ergò est, † num à communi Pragmaticorum sententiâ divortium faciemus? an verè non exemplis, *l. nemo judex. 13. C. de sent. & interloc. omn. judic.* sed legibus pugnandum ac judicandum dicemus? Neutrum videtur tutum: Nos suam cuique sponsam pulchram ac inviolatæ relinquimus pudicitiæ, illud tamen compertum tenemus, † quod nihil incertius, quàm exemplis & præjudiciis ejusmodi niti velle, quæ vel de facto procedunt, vel propter varias causarum figuras & circumstantias etiam varia & diversa existunt, multiplicemque distinctionem admittunt, Andr. Kirchen *de vest. pact. part. 2. c. 1. n. 293.* Fichard. *lib. 4. consil 59. n. 8. & seqq.* Res forsan expedita fiet, si † dicamus (1.) Provocationem hanc ad supplicationum areolas transferendam esse, ita ut propriè nuncupari nequeat appellatio; at benè supplicatio, impropriè saltem provocatio, cujus nomen latissimè patet, omnemque actum, per quem Judicis imploratur auxilium denotat, cum Meland. *ad process. Meurer. part. 1. supplic. 77.* (2.) † Vel, locum habere ejusmodi appellationem, quando ad relationem alterius, inferioris forte Ma- 62. 63. 64. 65.

Magistratûs aut partis, Princeps rescripsit aut judicavit, & in precibus oblatis falsum quid narratum aut importunè suggestum arguitur, cum Heig. *dict. quæst. 10. num. 23.* quomodo alioqui contra mandata & rescripta principalia, exceptiones sub & obreptionis solent boni & moderati Principes æquis animis audire; *l.*
66. *jubemus. C. de appellat.* (5.) † Vel tandem multa pietatem, humanitatem, liberalitatem, justitiam ac fidem exigere, quæ omnia extra publicas sunt tabulas, ut habet Seneca *de irâ lib. 2. cap. 27.* Cur non ergò Princeps jure saltem irregulari & extraordinario provocationem ejusmodi acceptaret, si pleniùs attentiusque velit cognoscere & quasi causam revidere? cum Limn. *dict. cap. 9. num. 121.*

COROLLARIA JURIDICA.

I.

MIRATUR non nemo, qvod statuerim Respons. jur. Elect. 73. lib. 6. hereditatem semel aditam de jure Saxonico rursus repudiari posse: magis forsan mirabitur, si dixerim, de jure etiam civili facultatem repudiandi competere ei, qvi beneficio inventarii adiit hereditatem. Quod defendendum suscipio.

II.

JUS tacitæ hypothecæ concessum pupillo in bonis tutorum, non modò ad ejus heredes transit, sed etiam extraneo cedi potest.

III.

VALET Statutum vel Consvetudo localis, ut Uxor solvat pro Marito.

IV.

INTERRUPTIO præscriptionis facta contra principalem debitorem, non nocet fidejussori, qvò minus exceptione præscriptionis sese is tueri qveat.

V.

CURATOR bonorum ad procedendum in judicio admittendus absque ullâ litis reassumptione.

Soli DEO gloria.

